

906

3. Buchl. an Ki 778(19) Rom
alle übrig verglichen
sind vornehmlich eingestellb
Rom

- 1.) Jus. Henric. Boehmer de natura Statutorum.
- 2.) Id. de jure et statu hominum propriorum.
- 3.) Id. de statu liberorum sui juris factorum.
- 4.) Id. de dominio litis.
- 5.) Id. de poena sine crimine.
- 6.) Id. de exceptione metus injusti.
- 7.) Id. de restitutione in integrum contra sponsalia minorum.
- 8.) Id. de contumacia non respondentis.
- 9.) Id. de causis arduis.
- 10.) Id. de querela inofficiosi fratrum consanguineorum.
- 11.) Id. de vario censuum significatu et jure.
- 12.) Id. de nominibus ecclesiasticis.
- 13.) Id. de efficaci mulierum intercessione.
- 14.) Id. de fundamento retractus duplicis in agris Hamburgensium.
- 15.) Id. de literis respirationis.
- 16.) Id. de diverso pignoris et hypothecae jure.
- 17.) Id. de scripturis non legitimis.
- 18.) Id. de probatis repudiorum causis.
- 19.) Id. de verbis directis et obliquis.
- 20.) Id. de privilegiis legatorum piorum.
- 21.) Id. de successione in bona clericorum.
- 22.) Id. de cursu prescriptionis contra minores suspensio.
- 23.) Id. de vero usu remedii possessorii.

Leitzkau

- 24.) Jurt. Henig Bochner de expensis criminalibus.
25.) Eiusd. Vindicta Imperiales pro Parma et Placentia
Ducatibus
26.) Jd. de subsidio pecuniariis à Statibus Italia Imperato-
ri probandis.
27.) Jd. de privatis legatorum sacris.
28.) Jd. de jure principis circa dimissionem ministrorum.
respondente Sr. Philipp Adolph de Manchhausen.
29.) Philipp Adolph de Manchhausen de jure Ministrorum
exigendi a Principe dimissionem
30.) Jurt. Hen. Bochner de feudis ecclesiasticis
31.) Jd. de hypotheca feudali expressa.

13

Q. D. B. V.
DISPV TATIO INA VGVRALIS IVRIDICA
DE
EFFICACI
MV LIER VM
INTERCESSIONE,

QVAM
INDVLTV INCLYTI ICTORVM ORDINIS
PRAESIDE

DN. IVSTO HENNING. BÖHMER O,
IC. COM. PALAT. CAESAR. POTENT. REGI BO-
RVSS. A CONSIL. AVL. ET PROF. IVR. OR-
DIN. h. t. DECANO,

PRO GRADV DOCTORALI

LEGITIME CAPESSENDO
AD DIEM XIV. DECEMBR. MDCCXVIII.

IN AVDITORIO MAIORI
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS
Publicæ Eruditorum Disquisitioni submittet
AVTOR

IOHANNES BERNHARDVS REMBOWSKI,
IVDICIORVM VRATISLAV. ADVOCAT. IVRATVS.

HALÆ MAGDEBVRGICÆ,
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.

xiii.

DISPUTATIO IN AEGYPTI IURIDICA

EFFICACIA

MULLIERVM
INTERCESSIONE

QVAM
INDVLTIV INGLYTIQVORVM ORDINIS
PRÆSIDIS

DN. IVSTO HENNING. BÖHMERO,
IC. COM. PALAT. CAESAR. POTENT. REGI. BO-
RASS. A. CONSUL. AUL. ET PRON. IUR. OR-
DIN. P. C. DECANO.

PRO GRADV DOCTOR. ALL.

LEGITIME CAPESSENDO
AD. DIEM. XIN. DECEMBR. MDCCXXIIN.

IN AUDITORIO MAIORI
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS
Publici Eruditionum Disputationi submisce

AVTOR
IOHANNES BERNHARDVS RIMBOWSKI,

LEGICORVM VRSATISLAV. ADVOCAT. PRAESIDE

WILHELM. MAGD. BERGICVS
Typis Christiani Henckellii, Acad. Typogr.

III



INCLYTÆ
REIPUBLICÆ VRATISLAVIENSIS
SENATVI SPLENDIDISSIMO

ILLVSTRI DOMINO

PRÆSIDI

MAGNIFICIS GENEROSISSIMIS MAXIME
STRENVIS PRÆNOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS
ATQVE IVRISCONSVLTISSIMIS

DNNN.

**SENATORIBVS
SYNDICIS**

NEC NON

SECRETARIIS



PATRONIS AC FAVORIBVS SVIS
OMNI
SVBMISSAE AC DEBITAE VENERATIONIS
CVLTV
AETATEM PROSEQVENDIS,

DISPVATIONEM HANC INAVGVRALEM
EA, QVA DECET, HVMLITATE


CONSECRAT AC DEDICAT

IOHANNES BERNHARDVS REMBOWSKI



PROLEGOMENA.

§. I.



Sequiorem sexum plurimas apud gentes, potissimum vero germanos, speciosissimis iurium beneficiis esse munitum, cui libet, BENEDICTI CARPZOVII, MARTINI BENCKENDORFII de iuribus *fœminarum*,

MELCHIORIS HAHNII de iure *sexus fœminini singulari*, FRIDERICI PRVCKMANNI de differentiis inter utrumque *sexum*, WIBELII de contractibus *mulierum*, aliorumque hanc in materiam exaſciata opera, fugituo solum oculo lustranti, luculentissime apparebit.

§. II.

Licet vero illorum accedere nolim sententiæ, qui plurima prouida legislatorum sollicitudine mulieribus indulta priuilegia e republica penitus tollenda arbitrantur: nihiloscies non iniquas sane illorum, penes quos æquum iurisprudentiæ iudicium, incurram censuras, si dixerim, coarctandam merito nimis laxam interpretum muliebria priuilegia extendendi libertatem, siquidem hi, partim ex ratione non

A

recte

recte intellecti brocardici illius famosi *l. 3. ff. de constitut. princip.* beneficia principum & fauorabilia latissime esse interpretanda; partim ex studio suscepti argumenti, in eo plurimi esse confueuerunt, quomodo, refragantibus sæpissime legum rationibus, fauentia huic sexui legum adiuuamina ad casus plane incongruos extendere possint.

§. III.

Insigne nimis latæ eiusmodi interpretationis specimen se se in materia *fideiussionis* muliebris exerit, ubi authores in *SCTum Velleianum* a) commentati, hoc iuris auxilium, inuita plane themide, vsque adeo extendunt, vt cum ex mente legis romanæ, *presidium fragilitatis deceptæ* esse debeat, iam modo non ex voluntate illorum, *asylum decipientis astutiæ* esse possit.

a) Pertinet huic etiam *LESCHASSERII* Galli Tractat. de *SCTi velleiani renuntiatione*, *Galleratii* de *renuntiatione*. *HERING. de fideiuss. &c.*

§. IV.

Non defuere equidem nonnulli, qui strenuam operam ad euellendos hos errores & inualiditatem *fideiussionum muliebrium* intra iustos cancellos coercendam contulerunt: cum vero multa ulteriori indagine dignissima, penitus intacta animaduertamus, materiam hanc de *validis mulierum intercessionibus* commentatione nostra, pro virium modulo, excutere constituimus.

§. V.

Est vero hoc in argumento ille mihi præcipue præfixus finis, vt non tam casus in quibus mulieres intercedentes se beneficio iuris tuentur, quam
hos

hos, vbi frustra legum sollicitant præsidia, & firmiter fidem datam liberare coguntur, expendere conntar.

§. VI.

Antequam vero argumento huic pertrahendo me succingam, non parum inde lucis nobis accessurum confido, si prius in principia, ex quibus fideiussio mulierum partim diiudicari solet, partim diiudicari deberet, & in origines enati apud Romanos inque fora germanorum recepti *SCti velleiani*, inquisuero natales. Profluent etenim inde sua sponte conclusiones, & satis liquido constabit, quam labili fulcro, doctrina de *inualidis mulierum intercessionibus*, multis in casibus, innitatur.

CAPVT I.

DE

HISTORIA ET RATIONE
SCTI VELLEIANI.

§. I.

Pincipia hæc meditati, primum omnium *ius naturale*, quod merito principem iurisprudentiæ nominaueris basin, occurrit. Ex huius si fanioribus principiis fœminarum fideiussiones diiudicare velis, sunt certe *a)* validæ, perfectæque inde enascuntur obligationes. Quamuis vero leges ciuiles obligationem hanc imminuere vel penitus *b)* tollere possint, censorea tamen virgula isti notandi, qui immutationem talem ex ipsa *æquitate naturali c)* deducere frustraneo allaborant conatu.

Quid ius naturale circa intercess. mul. statuat.

*Intercess.
mulier. iure
naturali
valida.*

a) Cum enim dictamine sanæ rationis edocti sciamus, quemlibet hominem, qui iudicio præditus est, ex sua conventionione serio inita, teneri: quis quæso mentis compos de valore intercessionum muliebrum ambigere vellet? cadit enim in illas iudicium & voluntas, huiusque declarandæ liberrima facultas. Conferatur PUFENDORFIVS de iure naturæ & gentium L. III. C. IV.

*An LL. ciui-
les hanc va-
liditatem
collere pos-
sint.*

*Negant
perperam
nonnulli.*

b) Hæc iuris naturalis dispositio an per leges ciuiles immutari possit, quæstio exoritur? quibus negatiua arripit cum CYPRIANO REGNERO in disput. ad instit. 25. thes. hunc in modum differunt: Quemlibet hominem teneri ex sua conventionione: hanc esse æternam iuris regulam, & summa cum violatione boni publici violari, nisi contra reipublicæ salutem disuadeat, hanc vero in SCo non dari. Imo nonnulli vsque eo audaciæ progrediuntur, vt cum AMESIO L. 5. Conscient. c. 25. n. 5. statuere non erubescant: In contractibus ubi obligatio iuris naturalis inducitur, non posse ius naturale a civili abrogari, neque illum, in cuius fauorem lex irritum facit contractum, salua conscientia, contra eundem iudice coram agere, aut petere posse, vt declaretur irritus aut nullus, si constet ipsi de veritate.

*Affirmatiua
verior.*

*Ratio dubi-
tandi.*

*Respons. ad
illam.*

Firmioribus vero affirmatiua suffulcitur fundamentis. Nam licet ius naturale pro lege sumptum non possit directe mutari a lege positiua, attamen ius naturale pro potentia morali & facultate ad normam relata, vel, vt cum GROTIO loquar, pro attributo persone sumptum, quale ex contractu in contrahentes redundat, non solummodo per leges positiuas augeri, sed & directo tolli ac minui potest, quia est iuris permissiui, quod neque prohibet neque præcipit. vid Illustris Dn. THOMASIVS in fundam. iuris naturæ & gentium L. I. c. V. §. LXIV.

*Rat. deci-
dendi se-
cunda.*

2.) Pacta esse seruanda est iuris naturalis præcipiens, sed quomodo pacta sint condenda, non est in iure naturali determinatum. Vnde quamprimum homines ex natu-
rati

rali statu in ciuilem transire, inque Rempubicam coalescere ceperunt, simul etiam animaduenterunt, ob defectum determinati modi, quomodo sit paciscendum, non commode improba pacifcentium fallendi studia refrænnari posse, saluam igitur non fore sine legibus positiuis societatem ciuilem. Enata inde potestas legislatoria. Sed iam inculcabat eadem ratio, quæ leges condendas suaserat, quomodo reipublicæ nouiter efformatæ ciues, ex arbitrio suo adhuc viuere assueti, ad obseruationem legum latarum commode adducendi essent, nullumque medium aliud quam *metus externus* excogitari poterat. Hic vero cum triplex, vel *pæna*, vel *damni* in re familiari, vel *frustraneitatis*, prior in obseruandis legibus circa formas contractuum disponentibus non *necessarius*, sed ad delicta socialitatem directo turbantia restringendus: secundus, *damni* nempe in re familiari, quia quilibet contrahentium sibi spe lucri blanditur, non *sufficiens*; tertius vero *frustraneitatis* seu *nullitatis*, & *sufficiens & necessarius* videbatur. *Necessarius*: cum aliter finis legis obtineri non posset; *sufficiens*, quippe, non obseruata ea, quam lex præscriperat forma, contractus neminem contrahentium obligaret, indeque hi inuiti flecterentur, ex legis ciuilibus præscripto, determinatam pacti obseruare formam, si alias se inuicem firmo vinculo obstringere vellent. Cum igitur, veluti ex his præmissis apparet, ex iuris naturalis dictamine summæ in Republica potestati permissum, pactis certam præscribere formam, simul inde elucescit, (cum qui concedit finem, concedat etiam necesse est media ad finem ductentia,) liberum quoque ipsi esse irritos facere & annullare contractus iure naturali validos. Et hoc est, quod dicitur in *l. 6. de I. & I.* ius ciuile non in totum iuri naturali inferuire, sed ei aliquid addere, aliquid detrachere.

Non inique c) Licet vero his rationibus inductus existimem, pos-
ius natura- se leges civiles valore in intercessionum muliebrium tollere,
le retinetur. attamen inde VLRICI HUBERI in *economia romana ad l. i. ff.*
contraria- de Scto velleiano opinioni nullus subscribo, qui plus iusto
tur Hube- æquitati Scti velleiani tribuens, regis Gallix HENRICI M.
rus. edictum, quo, vsu legis illius peregrinæ abrogato, inter-
Errant qui cessiones mulierum ad simplicitatem legum naturalium re-
disposi. dactæ sunt, improbat; idem etenim est, ac si ius naturale ini-
uilem ex i- quitatis insimulare vellet. Imo nec illis calculum addo,
psa equita- qui cum B. IOANNE SCHILTERO ad *instit. L. III. tit. XXI.*
te natur. de *fideiuss.* vti & in *praxi iur. rom. in foro German. exerc. 28.*
deducunt. de Scto Velleiano §. 1. fundamentum LL. ciuiliū fideiussio-
 nes mulierum infringentium ex ipsa æquitate naturali de-
 riuare contendunt.

Horum Ar- Dicunt equidem 1.) *Natura in sexu agnoscit iudicii dif-*
gum. pri- ferentiam, maturius quippe constantiusque in viris, minus se-
num. rium, imbecillius & facilius decipi, in feminis. Videatur
Respons. SCHILTERVS cit. loco IDEM exercit. 10. §. 16. Ast inde (1)
prima. non euincitur, eam esse imbecillitatem iudicii, quæ priui-
 legium hociuris suadeat; sufficit tantam esse iudicii vim
Respons. se- quam pro pacti qualitate ius naturale exigit. (2.) Imbe-
cunda cillitas hæc iudicii modo *comparatiue* de feminis respectu
 virorum dicitur, si vero ex eiusmodi comparatiua imbe-
 cillitate æquitas elicienda esset, quid obstat, quominus i-
 pissimis aduersariorum verbis dicamus: *Agnoscit natura in*
viris iuuenibus viginti sex, & senibus quinquaginta annorum
iudicii differentiam, maturius quippe constantiusque in viris
quinquaginta, minus serium imbecillius & facilius decipi in
viginti sex annorum. An vero inde naturalis ratio suadet,
 priores speciali priuilegio esse muniendos.

Si argumenti nostri vim refellere moliaris, dicendo:
 Viros iuuenes sæpe quinquagenarios rerum gerendarum
 antecellere prudentia: responsio in promptu. Sæpissime
 et-

etiam euenit, vt & maior iudicii maturitas ingenique acrimonia in fœminis quam in viris emineat. Vnde quæſo tot querelæ, ſequiorem ſexum calliditate infinitis fere interuallis poſt ſe maſculos relinquere? Huic (3) addere lubet, ſi imbecillitas hæc æquitatem naturalem induceret, eadem imbecillitate in aliis contractibus ſtante, eadem æquitate fœminis ſuccurri deberet: ſed hoc modo per iniquam certe æquitatem a iure contractuum excluderentur. Regerunt equidem illi: In fideiuffionibus ideo LL. ciuiles annullare valorem, quia in his damnnum non præuident, in aliis vero contractibus, v. g. in donatione ſtatim ſentiunt. *l. 3 ff. de Scto Vellei.* Verum enim vero neque hæc ratio, vt in illa acquieſcam, mihi ſufficiens eſſe videtur. Dantur enim & alii contractus, mutuuum, commodatum &c. vbi itidem ex improuiſo & poſt facto emergens ſentiunt damnnum, & tamen omnes, vnanimi profitentur conſenſu, ipſa æquitate naturali iubente, firmiſſime fœminas ex omnibus, excepta fideiuffione, contractibus obligari.

Confugiunt (II) ad *l. 1. D. de fideiuff.* æquitatem naturalem ideo foeminis hoc priuilegium poſcere, ne damnnum inferant rei familiari vid. SCHILTER *cit. loc. §. 2.* Sed hanc æquitatis rationem etiam ad viros pertinere, nemo, apud ſe reputans, fideiuffionem eſſe plenum periculofæ alex opus, quod & viros ad incitas redigere ſolet, inficiabitur. Cumulare hic certe plures rationes mihi integrum eſſet, niſi præfixus ſcopus me ad alia auocaret, & iam ex dictis affatim theſis noſtræ pateſceret veritas, quæ, vt omnia in compendium mittam, eo collineat: *Poſſe quidem LL. Ciuiles fideiuffiones mulierum naturali obligatione ſtringentes reddere noſtra, nullas, non tamen æquitatem naturalem præcipere & iubere vt eiusmodi lex a principe condatur.*

§. II.

Ad Romanas tranſeo leges, quæ vti in genere ex temporum viciffitudinibus multas mutationes perpeſſæ,

Ius Romanum circa fideiuff. mi-

lierum secundum diuersa tempora diuersum.

Primis temporibus legis beneficium exulabat.

pellæ, ita & quoad intercessiones mulierum, diuertiis temporibus diuersissimis iuribus viuere iusserunt.

§. III.

Sub primis nascentis populi Romani incunabulis imo nonnullis seculis post, ea deprehendebatur fœminarum conditio, ut minime ob intercessionem legum beneficio indigerent. Erant etenim aut *alieni*, aut *sui iuris*. Quæ *alieni*, aut in potestate *d)* paterna aut *maritali e)* eoque nomine fere non *f)* erat casus dabilis, vt quis ab illis & sponte oblatam intercessionem acciperet, multo minus exposceret, cum ipsi vel plane inutilis *g)* vel ad minimum minus necessaria foret. Quæ *sui iuris*, has lex Romana *perpetuæ tuæ* subiicere *h)* proficuum, ob intercessionem vero speciali donare priuilegio, superuacaneum *i)* existimabat.

Quare in fœminis *a)* *alieni iuris.*

d) Hæc potestas patria complectebatur tum temporis, (I.) ius *vitæ & necis*. DIONYSIVS HALICARNAS. l. 2. c. 28. c. 27. IDEM l. 8. c. 91. VALERIVS MAXIMVS l. 5. c. 8. vid. CAROLVS SIGONIVS *de iure antiquo ciuium Roman.* l. 1. c. 10. p. 134. Accedebat huic iuri (II) ius perliberos acquirendi. SEXTVS EMPIRICVS *hypoth.* iii. 24. SENECA *de beneficiis* DIONYSIVS HALICARN. *antiquit. roman.* VIII, vbi ait: *Romanis filiis nihil proprii est viuus patribus, sed & pecunias & corpora liberorum patribus ad eorum arbitria tradidit lex Romuli.* Quicquid etenim de iure peculorum disposuerunt leges Romanæ, ad recentiores subsequentium seculorum legum rogationes referendum. Videatur GERARDVS NOODT *de usufructu* II. 4. p. 608. (III) Redundabat ex patria potestate effectus, quod liberi sub illa constituti essent heredes sui & necessarii simul. SCHNTER. *exerc. ad ff.* 38. §. 142.

e) Eadem iura maritalis producebat potestas. Vid. SIGONIVS *de antiquo iure ciuium Roman.* l. 4. c. 8, p. m. 51. Dn.

Un. IOANN. HENRICVS HLINECCIUS *in antiq. romanis ad inst. Iustin. l. I. t. X. n. 5. IDEM l. I. n. 11.*

f) Nulla etenim tum temporis propria bona habebant, inutilis igitur, quam diu pater & maritus superstes.

g) Dicitur: intercessionem debitor acceptans expectabat patris seu mariti fata: sed intercessio tum fiebat supervacanea. Filia etenim & vxores in potestate constitutæ, tenebantur, quia heredes suæ & necessariæ, etiam sine intercessione, æs alienum soluere, nam beneficium abstinenti demum ex iure prætorio subsequenti ætate introductum est.

Instas porro: intercessio a debitore expetebatur, ne vxor pro marito intercedens, oborto diuortio, repeteret dotem, quo ex hac, deficientibus mariti facultatibus, creditoribus satisfieret. Ad scrupulum hunc eximendum obseruo, ignorasse primum innocuum & ad illibati amoris integritatem compositum æuum diuortia. Primum exemplum quadringentesimo a. v. c. anno, in SP. CARVILIO RVGA, Roma stupefacta vidit. DION. HALICARNASS. *antiq. Rom. II. p. 95. & in Numa p. 77.*

h) Sui iuris scemina factæ, recidebant in perpetuam *Quare in tutelam.* An hæc ex iure Attico, vti SCHILTERVS *exerc. faminis sui XXXVIII. ad ff. §. 227.* opinatur, vel ex legum a ROMULO *iuris?* & NUMA POMPILIO latarum scaturiginibus proflexerit, nostrum non est inquirere. Annotasse sufficiat, *tutelam* hanc fuisse vel *pupillarem* vel *perpetuam*, hanc iterum vel *legitimam* seu *cessariam*, vel *prætoriam* seu *attilianam*. Vid. THOMAS SCHROEERVS *in institutionibus tutorum & curatorum P. I. q. II. n. 2.* ibidemque allegati. BACHOVIVS *ad Treutler. vol. 2. disput. 8. th. 7. lit. d.* Huius vero effectus in eo consistebat, vt scemina nullam, nequidem rem priuatam, sine auctore agerent, referente CATONE *apud LI- VIUM XXXIV. II.*

B

i) For

i) Fœminæ impuberes aut contrahebant absque authoritate tutoris, & tum non obligabantur, sed erant ipso iure tutæ; aut cum authoritate tutoris vel curatoris consensu, quo casu stricto iure quidem obligatæ erant; restituebantur vero in integrum. vid. STRUVIUS exerc. 8. th. 48. Ratione harum personarum igitur Sctum aliquid superuacanei fuisset.

Restant fœminæ adultæ majorenes. Hæ itidem sub perpetua curatela degebant. Quorum cum consensu ubi contractum fœminæ inibant, perfecta obligatione tenebantur, CICERO top. XI, IDEM ORAT. pro A. Cæcinnæ XXV. VEPIANVS in fragm. II. 25. 27. firmumque ideo erat interpositæ fideiussionis vinculum. Verum cum ex prouida legum dispositione curatorum cura illis esset in subsidium data, qua imbecillitati suæ subuenire possent, superfedebat merito legislator, hoc iuris beneficium alio cumulare, satis sequiori huic sexui tutorum & curatorum regimine consultum existimans.

§. IV.

Posteriori Sicuti vero ex temporum interuallo potestas tempore ne-patria k) ac maritalis l) pristinam exiit formam, cessarium ita &, cum beneficium abstinendi m) Heredibus suis videbatur. n) a prætoribus indulgeretur, diuortiorumque, ingruente indies & latius serpente ciuium libidine, frequentissimus n) esset vsus, peculia liberorum, o) bonaque p) illata noua consequerentur iura, non solum intercessionibus factæ sunt casus dables q) sed & cum tutela perpetua sensim paulatim deficeret, forte r) adeo frequentes, vt legislator iam fœminis iuris beneficio subuenire consultum necessariumque duceret.

Cur in fœ- k) Immutationes varias circa patriam potestatem Romanorum recenset, Ill. Dn. THOMASIVS in diss. de vsu pract. tit. inst. de patria potestate §. 4. 5. 6. vsque ad 47.

l) Cum

(l) Cum politius æuum martium hunc populum ad molliores vocaret mores, mitioresque flecteret leges, ius maritalitæ ita inuariabatur, vt ipsi Icti nescirent, ad quam classẽ vxores referre deberent. Videantur quæ hanc in rem differit Ill. DN. THOMASIVS *in dissert. de vsu pract. tit. instit. de his qui sui vel alieni iuris* §. 6. sub lit. l. & m.

(m) l. 57. D. de acquir. vel omitt. hered. VLRICVS HYBERVS *in prælect. ad ff. cit. tit. IDEM ad instit. l. III. l. 19. sub n. 1. p. 204.*

(n) Diffuebant animi Romanorum voluptate, vnde cum paulatim a prisca morum integritate degenerarent, neque lex prohibitiua libidinis æstum refrænaret, non mirum, illos frequentibus diuortiis voluptatem exsatiatum iuisse. Vnde & innocentissimis mulieribus vel ex ficulnea vel plane nulla causa scõpissime nuntius mittebatur. PLVTARCHVS *in vita Pauli*, VALERIVS MAXIMVS III. 6. imo, SENECA *de benef. III. 16.* authore, usque adeo diuortiorum adaugebatur numerus, vt scõminæ iam non consulum sed maritorum numero annos suos computarent.

(o) Sic l. 50. ad Sct. Trebell. Hadrianum, l. 52. ff. de acquir. vel omitt. hered. Diuum PIVM, l. 1. C. de bonis maternis CONSTANTINVM M. authores agnoscunt. Confer. GERARDVS NOODT *de usufructu n. 4. p. 608.*

(p) AVL. GELL. l. 17. c. 6. BRISSON. *de verborum signific. ad verbum recipere.*

(q) Cessantibus etenim impedimentis, quæ superius recensuimus, non quidem ponebatur sed tamen possibilis erat intercessionis casus.

(r) Primum etenim virginibus vestalibus, postea illustrioribus personis, vt Octauix & Liuiæ ab AVGVSTO, *minis sub teste DIONE CASSIO XLIX. p. 414.* imo ex lege papia *pop. iuris?* præa in præmium scõcunditatis, scõminis quæ ter pepere- rant, denique & sterilibus (idem CASSIVS l. 5. p. 549. PLI-
NEVS

vivs *epist. II. 13. VII. 26. X. 951.*) priuilegium, vt a tutela perpetua exemptæ essent, concedebatur. Vnde indies magis magisque euanescebat, ita vt IUSTINIANI tempore ne umbra quidem illius esset superstes.

§. V.

*Introductio
priuilegio-
rum quibus
fœmina cir-
ca fideius-
siones dona-
bantur.*

Cum igitur, tutela perpetua modo non penitus sublata, mulieres partim maritorum, partim extraneorum blanditiis ad *intercessiones* allicerentur, indeque non parum detrimenti in illas proficisceretur, primus omnium AVGVSTVS, dein CLAVDIVS TIBERIVS, *s*) singularibus edictis præcauerunt, ne fœminarum pro maritis factæ intercessionis essent validæ. Insecutum, cum idem TIBERIVS, *t*) vel vti aliis videtur NERO *u*) Romam teneret, MARCO SILLANO & VELLEIO consulibus famosum SCTVM VELLEIANVM, quo beneficium hoc etiam ad fœminas pro *extraneis* obligationem in se recipientes, extensum.

*Primum la-
tum ab Aug.
& Tiberio.
Sucessit
SCTVM Vel-
leianum.*

(r) Videatur B. EPHRAIM GERHARD *in delineat. iur.*

(t) A. V. C. 771. vid. SCHILTER. *ex. ad ff. XXVIII.*

§. 3. DN. CHRISTOPH. GODOFREDVS HOFFMANNVS *in histor. iuris Romano-Iustiniani* p. 184, 158.

(u) LAVTERBACHIVS *in collegio theoret. practico* l. 16. tit. 1. §. 2. *ibid. adducti.*

§. VI.

*Indoles SCTi
Velleiani.*

Licet vero in genuinam SCTi huius indolem inquirere non sit animus, otiosa *v*) tamen fortassis non erit animaduersio: fœminas fideiussores, non obstante

stante hoc beneficio *ipso & stricto iure x)* mansisse obligatas, illisque Scto modo *beneficium & exceptionem y)* fuisse suppeditatam. Vnde illorum subscribere non possumus sententiæ, qui Sctum nominatum pro *lege prohibitiua z)* venditare contendunt.

(v) Redolebit forsan hæc quæstio nonnullis spinosas antiquitates Romanas, quas in iuris perito practico exulare existimant. Verum uti sine his vel in *Rabulisismi* vel *Leguleiismi* deuia prolabimur, ita quæstionem hanc ad minimum non exilem habere usum theoreticum ex sequentibus apparebit: ut taceam, non nullos doctores, interque hos ill. Dn. SAMVELEM STRYKIVM in tractatu, qui rubricam præfert, *interesse controuersarum iuris ciuilibus X. §. 35. p. 234. 235.* & exinde sibi promittere usum practicum.

(x) Non enim *ipso iure* erant nullæ mulierum fideiuentium obligationes, nec actiones exinde descendentes *fideiuss. non ipso iure* tollebantur, *l. 7. 16. in f. l. 23. ff. de Scto vellei. l. 9. obs. Scto. c. eod. tit. GRIVELLIUS decis. 132. n. l. LAVTERBACHIVS cit. loco. §. adhuc stricto iure* 12. Differentia vero, an quid *ipso iure nullum*, an *ope exceptio- nis* elidendum, in eo consistebat. In actionibus *ipso iure nullum*, ipse prætor præuia causa cognitione decre- tum dabat, (iudex enim pedaneus non de *iure* sed de *fa- an quid iure* eto cognoscebat) actoremque a iudicio arcebat: In actionibus vero *iure quidem validis* sed *ope exceptionis* elidendis, (potissimum si illarum probatio non esset statim eui- dens & notoria) prætor, præscriptis agendi & excipiendi *datur.* formulis, litigantes ad iudicem pedaneum mittebat. GERARDVS NOODT *de iurisdic. l. 6. p. 127. 8. p. 130. seqq.* Cæteras differentias cui videre volupe, adeat VLRICVM HVBE- TVM in *prælect. ad ff. l. 16. t. 1. n. 7.*

Indulgebat (y) Vnde in *l. 3. C. de SC. Vellei. Tutio SCti, in l. 4. 6. SCrum mo-* 16. 23. *auxilium, in l. 9. 10. 11. 13. 23. beneficium & adiuto-*
do benefici- rium audit *l. 15. ff. de SCro. Velle. l. 2. 15. 16. 18. c. eod. Con-*
um & exce- fer. LAVTERBACH. *Colleg. theor. pract. ad ff. 66. t. 1. §. 14.*
pcionem. p. 1021.

An sit lex (z) Non leuis sed momentosa inter ICtos conflata
prohibitiva? hodiernum agitur controuersia, *an SCtum Vellei. legibus*
Homonymia *prohibituius annumerandum veniat?* Ne vero more anda-
indago. batarum contendamus, non abs re certe erit, in diuersos
 prius expressionis: *esse aliquid legis prohibitivae*, inquire-
 re significatus, indeque formare statum controuersiae.

Lex vel *permittit*, vel *praecipit*, vel *prohibet*. *Prohi-*
bitio legis est vel *simpliciter talis*, vel *secundum quid*: sim-
 pliciter talis est, ubi aliquid ita prohibetur, vt contra il-
 lam subditus facere non possit, licet velit, quae prohibitio
 potissimum in delictis obtinet, & ad eiusmodi prohibitio-
 nem pertinet ICtorum effatum: *non posse legi prohibitivae*
renunciari. Cum etenim voluntas subditi prohibitione
 legis restricta sit, non esset prohibitio si huic subditus per
 renunciationem suam, id est voluntatem derogare posset.

Prohibitio *secundum quid* est, quando in contracti-
 bus, nihil delicti continentibus, sub *paena nullitatis* aliquid
 prohibetur; tum etenim respectu illius partis, in cuius
 odium aliquid prohibetur, est lex prohibitiva, *ratione par-*
tis, in cuius fauorem lata, permissiua, permittit nempe, vt
 hic suo iure utatur & pro contractus qualitate, vel actio-
 nem instituat, vel exceptionem opponat, non vero est
prohibitiva. Cotractoria enim sunt *permittere & probi-*
bere.

Formatio Ast vt in circulum redeam, status controuersiae ita
status con- formandus. Quæritur: *an SCrum Velleianum ita feminis*
trouersia. prohibeat *intercessionem, vt licet, in casibus ubi SCrum obtinet,*
se valide obligare velint, tamen non possint?

Cum

Cum iis igitur, qui cum IOSEPHO AVERANIO *in in-* *Multi affir-*
terpretat. iuris l. 2. c. 5. p. 385. 386, sqq. Antecessore Pisano, *mant.*
viro ad iurisprudentiæ restaurationem nato, LESCHAS-
SERIO *in tr. de SCTi velleiani renunciat.* MEVIO *ad ius lube-*
cente l. 1. tit. 10. art. 1. n. 69. tali in sensu SCTum pro lege pro-
hibitiua habent, & renunciatiõni ex mente huius legis SCTi
non esse relicto locum autumant, mihi certandum.
Quamvis vero mihi non incumbat onus probandi, si-
quidem *affirmantis* est probare, & prohibitio est *facti*, vn-
de nunquam multo minus in contractu iure naturali valido
præsumitur, attamen aliquas rationes, quibus nos impul-
si *negatiuam* amplectimur, adiicere lubet. Non esse vero *Ratio ne-*
LL. prohibitiuam, constat potissimum inde, quia 1) per *gandi pri-*
ea, quæ superius tradidimus, est *beneficium & exceptio*; re- *ma.*
pugnat vero naturæ cum *beneficiorum* tum *exceptionum* pro-
hibitio; ex illis etenim ius pro *facultate & attributo persone*
sumptum, prouenit: hoc consistit in *legis permissione*,
permissio vero & prohibitio sibi inuicem opponuntur.
2) Inspicienda ipsius SCTi verba, in quibus cum nulla *Secunda.*
prohibitio *explicita*, multo minus talis, quæ hic præsuppo-
nenda, neque per bonam consequentiam *implicita* appare-
at, gratis certe illa supponitur. 3) Leges nequidem præ- *Tertia.*
cipiunt, vt mulier opponat SCTi exceptionem, sed his
potissimum vtuntur expressionibus: *SCTo subuenitur l. 1. C.*
de SC. vell. potest se tueri l. 3. eod. beneficio amplissimi or-
dinis se tueri *potest, l. 10. eod.* exceptione SCTi defendi *po-*
tes, l. 15. 19. eod., exceptione *vti potes l. 20. cod. eod.* 4) Si *Quarta.*
SCTum esset *lex prohibitiua*, non certe daretur solummo-
do ignoranti, quando etenim mulier sciens se non tene-
ri, fideiussionem suscepit, per *l. 30. ff. eod.* conualefcit fi-
deiussio. Absonum autem prohibere aliquid *ignoranti*,
ita vt *sciens* pro lubitu prohibitionem infringere queat.
5) Fert legis prohibitiuæ indoles, ne quid fiat, etsi veli- *Quinta.*
mus:

mus: SCtum velleianum *permittit*, velintne mulieres intercessionem datam fidem liberare an non? Sic enim mulier beneficii huius conscia solvens, non gaudet conditione indebiti, *l. 40. ff. 19. C. eod.* & per repetitionem post biennium, solummodo propter scientiam præsumtam tum tollitur. *l. 22. C. eod.* Quid quod per inferius dicenda SCti beneficio renunciare non solum fœminis sit permittum, sed & incerto casu, lege præcipiente, iniunctum.

Sexta.

Huic (6) addendum, interueniente mulieris dolo, contractui huic robur accedere. *l. 18. C. de Sc. Vellei.* Cum igitur ob immixtum dolum fideiussio muliebris validitatem nanciscatur, non potest esse lex prohibitiua, alias etenim plus efficaciter posset calliditas in subdita volente, quam prudentia in legislatore prohibente, quare & alias, quæ in fraudem legis prohibentis fiunt, pro non factis reputanda dicuntur.

Affirmant,
argum. primum.

In contrarium Doctores, pro *affirmatiua* qui nituntur, alias inter rationes, quas forte infra liberior trutinandi copia dabitur, *l. 2. pr. & f. ff. de SCt. Vellei.* in arenam proferunt, vbi ipsissima VLPIANI verba prohibitionem loquuntur.

Respons. ad illud.

Ast quis non videt VLPIANVM vocem hanc in plane *abuso* sumpsisse significatu, quod inde quam manifestissime elucescit. In eadem *l. §. vlt.* idem ICTus dicit, *non permitti*, quod idem est quam *prohiberi*, mulieri defendere maritum, patrem, filium, cum tamen ex eiusdem VLPIANI ore in *l. 1. §. 11. ff. de postulando* compertum habeamus, mulieres quidem ad defensiones mariti, patris, filii non fuisse obligatas, licuisse tamen illis hanc in se suscipere spartam. Ex quo iam affatim apparet, amasse VLPIANVM, cum esset dicendum, *non tenentur, non obligantur*, substituere quasi æquipollentem locutionem: *prohibentur, non permittuntur.*

Argumentum secundum.

Maioris momenti dubium, quod mouent ex *l. 8. §. 6. C. eod.* haustum, vbi *fraus SCto* facta dicitur. Fraus etenim, aiunt, fieri nequit *legi permissiua*, sed *prohibitiua*. Sed & hanc

hanc obiectionem firmus argumentandi destituit nervus. *Cui respon-*
Sedula & accurata indagine opus, de cuius fraude hæc lex datur.
 loquatur, an de illius, apud quem mulier per delegationem
 fideiussit, an de dolo mulieris, fidem suam obstringentis? Si
 prius, argumentum non ferit hypothesin nostram: nam quæ-
 stionis cardo in hoc vertitur, an mulieri fideiussio prohi-
 bita? Intuitu *debitoris* esse prohibitum, indeque ab illo
 legi fraudem fieri posse, facillime largimur: Si posterius pro-
 babitur, iam victas dabimus manus. Verum enim vero in
 lege nequaquam *mulieris* intelligi fraudem, luce meridia-
 na clarius; loquitur enim textus de casu, ubi fideiussori S*C*i
 Velleiani auxilio succurritur; nunquam vero subuenit, si
 mulieres callide versatæ, nam deceptis non decipientibus
 opitulatur. *l. 2. §. 3. ff. de SC. Vell.*

§. VII.

Saluæ hoc beneficio aliquot per secula Romano-*Iustinianus*
 rum mulierum fortunæ facultates stare credebantur, *super addi-*
 donec IVSTINIANVS Imperator vel legum innouan-*dit nonnul-*
 darum, (aa) vel sexus (bb) sequioris, potissimum *las sanctio-*
 THEODORAE, quam deperibat, studio, *l. 23., (cc) Auth.*
si qua mulier C. de SC. VELLEI. & Nouellam 134. c. 8. super-
 addendas censeret.

(aa) Immane quantum laborasse Imperatorem abo-*Ex quibus*
 lendarum rogandarumque legum studio, ex *Institutionum rationibus*
 licet superficiali perlectione, & iis, quæ apud DN. HOFF-*hoc feceret?*
 MANNVM in *Historia Iuris Romano-Iustiniani* consignata
 reperiuntur, dignosces.

(bb) *Vxorius* eo nomine apud VLRICVM HVBERVM
 de iure ciuit. audit. Addatur modo citatus HOFFMAN-
 NVS in *notis ad Ill. DN. THOMASII Delm. Hist. Iuris*

C

Ro-

Romano - Iustin. C. 1. sub lit. n. f. Forte & hanc THEODORAM, quam impense deflagrabit, & cuius ad nutum l. 20. C. de donat. ante nuptias, l. 23. C. de nuptiis, l. 29. & 34. c. de iure Dotium, l. 1. C. de re Vxoriam l. 26. C. de Donat. inter Virum & Vxorem, l. 12. C. qui potior in pign., GIPHANIO in Iustini-ano p. 19. teste, in sexus imbecillioris fauorem sanciuit, & hæ nouæ dispositiones Authorem agnoscunt. Conf. PANGANIVS GAUDENTIVS de Iustini sec. morib. p. II. c. 32.

L. 23. C. de
SCT. vellei.
non ad ca-
sus vbi mu-
lier tenetur
extendenda.

(cc) Hac lege prouisum, quod, si intercessio non facta in instrumento publico, mulier iure tuta & SCTi exceptione non indigere debeat. Ne vero legem hanc ad illos casus, vbi mulier ex intercessione obligatur, extendas, eadem l. 23. pr. & §. 2. C. de SCT. vell. prohibet. B. STRYKIVS in Cautelis Con-tract. Sect. 2. c. 6. §. 12. BACHOVIVS ad Treutlerum vol. I. Disp. 25. th. 2. lit. b. FRANTZKIVS in Comment. ad ff. de SCTo Vellei. n. 35.

§. VIII.

Indoles &
effectus Au-
tent. si qua
mul. C. de
SCT. vellei.
traditur.

Iustinianeis his legum prouisionibus mulieribus indultum beneficium, iam reddebatur augustius atque amplius, siquidem cum antea fœminæ indistinctim ad huc stricto iure tenerentur, ita vt demum ad exceptionem ipsis daretur recursus, nunc vxores pro maritis fideiubentes ipso (dd) iure erant tutæ, licet ex interuallo intercessionem repeterent. Cauetas vero, ne neglectis antiquitatum adminiculis, illas pro legibus prohibitiuis (ee) venditare præsumas.

Effectus po-
rissimus
quoad mo-
dum proce-
dendi.

(dd) Quisnam huius differentiæ fuerit effectus, superius præoccupauimus. Proueniebat ille ex distincto apud Romanos Prætoris & iudicis Pedanei officio. vid. Ill. DN. THOMASIVS de usu exiguo SCTi Vellei. in foris German. §. 15. Diuersitatem vero procedendi in substrata materia hanc

hanc deprehendimus. Accedebat actor, apud quem mulier pro marito fideiusserat, prætor, iudicium sibi expecturus; Prætor iubebat edere fundamentum actionis, quo ipsi formulam agendi, reæ excipiendi dare atque ad iudicem pedaneum mittere posset. Edebat actor, aiens, ream interposuisse pro marito fidem & insuper illam repetiisse. **IURE ANTIQVO** Anteiustiniano prætor formulam agendi suppeditabat, misis partibus ad iudicem pedaneum, nunquam etenim prætor ipse super probatione facti cognoscebat. vid. DN. HEINECCIUS in *antiquæ Romanæ ad Inst. L. IV. T. VI. Gerard. NOODT de iurisdictione l. 8. p. 130. sqq.* **IURE NOVO**, quia factum repetitæ fideiussionis non erat releuans, iudex vero pedaneus super ipso iure cognoscere non poterat, (citatus NOODT l. cit.) ipse Prætor cognoscebat, remouebatque actorem a iudicio ac si intercessio neque scripta neque facta fuisset. Quod si vero factum principiumque agendi, versionem in rem actor ederet, iam non ipse prætor cognoscebat, sed data formula agendi, ad iudicis pedanei remittebat subsellia. Et sic genuinum *Authenticæ* sensum ad cæteros casus in illa comprehensos applicare facillimum. Conuenit hæc interpretatio cum modo procedendi tum temporis usitato, omnia verba prono alueo explicationem sequuntur, imo naturalis indoles actionum ipso iure nullarum sibi hanc vindicat.

(ee) Communis Ddorum opinio *Authent. hanc & An authentica sit lex prohibitiua.* *Nouell. 134. c. 8.* legem prohibitiuam dicit. vid. B. DN. STRYKIVS in *vs. Modern. ff. L. XVI. T. I. §. 8.* GALLERAT. de re. *nunciat. T. 2. centur. 1. Renunciat. 63. n. 1. & sqq.* BERLICHIVS *Affirmatur communit. P. 2. concl. 59. n. 56.* CARPZOU, P. 2. c. 16. *defn. 1.* Vela inde forsitan submittere deberem: verum, cum in orbe literario non auctoritate sed argumentorum momentis vincere & vinci receptum, licebit & mihi ab illorum recedere opinione, potissimum cum praxin ipsam principiis his magis quam illorum

rum conformem deprehendam. Confer. *Vfus Mod. cit. loco §. 9.* Videamus igitur dissentientium rationes.

Affirmant.

Rat. I.

*Responsio ad
illam.*

*Ratio secun-
da.*

*Respondetur
ad illam.*

Ratio tertia.

Primam desumendam arbitrantur ex verbis *Authem. Iubemus hoc nullatenus valere debere*, inducendo hunc in modum: Quia legislator iubet, nullatenus valere debere, E. prohibet. Ad hæc rehero. Si statum controuersia, quem supra formauimus, in animum reuocare digneris, facillime perspicias, in probatione hoc esse euincendum, *fideiussionem mulieri prohibitam*, & quidem ita, *ne possit, licet velit*. Apposita vero verba solummodo demonstrant, ex iussu legislatoris intercessionem debere esse *nullam*, a contractus nullitate vero ad prohibitionem simpliciter talem non valere consequentiam, ex responsione ad obiectionem secundam affatim elucescet. Secundam deprimere satagunt, ex verbis: *Intercessionem ita debere esse nullam ac si nunquam scripta aut facta esset*; Huius argumenti vis, in eo consistit: Esse fideiussionem fœminæ pro marito ipso *iure nullam*. Maxime autem vereor, vt & hoc argumentum sit suo robore nullum. Quamuis etenim legis dispositio contractus intendat nullitatem, attamen ideo non intendit meram prohibitionem. Sic nonnullis in locis locatio & conductio ædium est iure nulla, nisi contractus in scripturam redactus sit, id est, neutra pars contrahentium adimplere contractum tenetur, si nolit; possunt tamen contrahentes si velint. Sic quando dolus causam dedit contractui b. fidei, contractus est ipso iure nullus; quis vero diceret, non posse læsum, licet velit, adimplere contractum? Et tamen de hoc itidem prædicari potest, esse ita nullum ac si nunquam factus vel scriptus esset. Tertio instant: Quia in authentica solummodo casus, vbi versio in rem probanda, excipitur, cœteri omnes prohibentur, inde indubitata consequentia exoritur, esse legem prohibiti-

hibituiam. Paucisimis vero mihi & hanc rationem referere integrum erit. Sub iudice lis est, imo falsissimum præsuppositum, quod versio in rem sit solummodo casus exceptus, sic etenim consequeretur, etiam mulierem dolose pro marito intercedentem esse iure tutam. Imo si & in hanc descenderemus sententiam, constaret quidem, omnes cæteros casus esse prohibitos, nihilominus maneret adhuc quæstio altioris indaginis, an sint simpliciter prohibiti secundum formatum statum controuersæ?

Respons. ad illam.

Cum itaque nullæ plane rationes momentosæ authenticæ si qua mulier legem prohibitiuam asserant, firmo tam diu statuto nostra sententia, donec prohibitis, quæ facti & libertatem naturalem arcet, legitime demonstratur. Ut si leam, non parum ponderis negatiuæ ex superius sub *lit. dd. ad præf. §.* allatis accrescere, si quidem inde liquet, intendisse legislatorem, ut casus in *authentica* expressi & tacite subintellecti essent ipso iure nulli. Qui effectus cum in iure Romano nullam prohibitionem sed modo differentiam procedendi inuoluat, frustra certe Doctores authenticam ad numerum LL. prohibitiuarum referunt.

Deciso controuersia adiectis nonnullis rationibus.

§. IX.

Plura de indole *Authenticæ* proferendi daretur copia, nisi dicendorum præfixus ordo me ad ius canonicum prouocaret. Huius non solum expressis canonicis constitutum, scæminam pro extraneo sub iuramenti vinculo intercedentem, (*ff*) conuentionem adimplere debere, sed & cum eo iubente, omnia iuramenta, quæ salua salute æterna seruari possunt, sint seruanda, (*gg*) infimul mulieribus pro maritis iurato fidem obstringentibus iniunctum, ut eam liberent, licet de iure civili (*hb*) non teneantur.

Indago quid ius canonicum constituat circa fideiuss. mulierum. ut iurauerit.

C 3

(ff)

(ff) *Capit. 25. X. de iureiurando.*

(gg) Vid. GONZALEZ TELLEZ *in comment. ad c. 25. & 28. X. de iureiur.*

§. X.

*Quid iura
Germanica
statuant.*

Paterna si Germanorum prisca consideraueris iura, nullibi tale foeminis fideiubentibus indultum beneficium deprehendes; partim quia olim Germani simplici sinceritate innutriti, & contractus ex simplici equitate naturali diiudicandos existimabant, partim quia foeminae in iudicio indistinctim tutore (bb) instructae comparebant; in extraiudicialibus vero, (si aut viduae & virgines sine curatore vel etiam vxores cum curatore contrahentes laesionem passae,) restitutionis in integrum beneficio (ii) gaudebant.

(bb) Iam Longobardorum legibus inualuerat, ne mulier sine mundio, Mundualio, seu Mundualio aliquid ageret. Vid. WEHNERVS *in obseruat. variis pract.*, voce **mundbahr**, **Mundebürde**, **Schwäbisches Land-Recht** c. 309. *specul. Saxonicum* l. i. art. 45. SCHILTERVS *in exercit.* 37. th. 242. B. GEORGIVS BEYERVS *in specimine posthumo iuris Germanici* c. 27. §. 1. sqq.

(ii) Inferuiunt dilucidationi vltiori, quae more solito quam accuratissime ex antiquitatibus germanicis eruta tradit, SCHILTERVS *exercit.* II. th. 9. GISEBERTVS *Pericul. stat.* II. n. 65. & 215. COLER. *decis.* 67. 40. SCHROEER. *Instit. pupill.* p. 2. qu. 20. 40.

§. XI.

*Quomodo
haec immu-
tata sint?*

Licet vero subsequen-
tium seculorum ætate intro-
ductum in Germaniam ius canonicum consuetudines
pris-

prifcas legesue ex parte migrare iuberet, attamen per illud validitas fideiuffionum muliebrium minime tollebatur, sed potius nonnullis in casibus maius robur nancifcebatur, donec demum seculo XIV. *ius iustinianicum* ex Italia in Academias Germanicas, ex his postmodum in fora germanica transfret. Ex hoc vero tempore mulieres germanicæ fideiubentes, tam dubio incertoque vtuntur iure, vt ferè nulla hac in materia supersit quæstio, quæ non dubiis inuoluta immensum disputandi aperiatur campum.

CAPVT II.

DE

EFFICACI MULIERVM INTERCESSIONE PRO EXTRA-NEIS.

§. I.

Positis his, quæ capit. præcedenti moliti fuimus, fundamentis, iam ad ipsam fideiuffionem muliebrem meconuerto. Quæ cum ex vnanimi Ictorum mente principaliter in intercessionem pro extraneo, & alteram pro marito susceptam distingui soleat, hoc capite de priori pro extraneo inita agendum, eam quæ pro marito interponitur, cap. sequenti expositurus. Erit autem mihi fermo de efficaci (a) mulierum (b) intercessionem, quæ ex variis causis deduci potest.

*Intercessio-
nis pro ex-
traneo, fun-
damentave-
ria.*

(a) Equi-

que dicatur
efficax.

(a) Equidem in *l. 9. C. ad SCt. vellei.* GORDIANVS ait, quod SCtum de intercessionibus efficacem non esse sine obligationem mulierum, id tamen regulam tantum concernit, cuius plures dari exceptiones, nemo certe in dubium vocabit. Efficax igitur erit *intercessio* iuxta *cit. l.* quæ exceptionem SCti velleiani non admittit, sed actionem aduersus mulierum intercessionem *cum effectu* producit.

(b) Quæ modo alias contrahere, & se efficaciter obligare possunt, id quod supponimus. Si enim aliunde obligatio illarum impediatur, id non fit ex ratione *intercessionis*, de qua tamen hic agendi locus, sed ex communi iuris obstaculo.

§. II.

Efficax est
intercessio
obcessantem
rationem.

Cum vero ex præcedenti capite satis liquido constet, efficaces esse cum naturali tum prisco Germanorum iure mulierum intercessionem, SCtum velleianum vicissim esse iuris peregrini factum, iam prono consecutionis filo concludere licet, quod in dubio tamdiu pro efficacia fideiussionis muliebris præsumptio militet, donec SCti Romani receptio, quæ facti, legitima probatione euincatur. In locis igitur, vbi iuris romani hac in materia dispositio, vel per vsum, vel per expressam receptionem inualuit, nihilominus ex ratione *iuris Romani civilis* efficax est mulierum intercessio, si ratio SCti velleiani *in totum* (c) cessat, quæ fuit, ne mulieres *ex infirmitate sexus* deciperentur, iacturamque paterentur, (d) qua cessante, merito quoque dispositio SCti cessare debet. (e)

in totum.

(e) Dico *in totum & vniuersaliter*. Potest quidem quandoque accidere, vt ratio legis in certis personis cessare

re videatur, quæ tamen vim suam non amittit, in generali dispositione iuris. Sunt mulieres pleræque infirmioris iudicii, de quibus regulam leges constituunt, licet quædam dentur, quæ vel ipsos masculos iudicii acrimonia antecellunt, quibus tamen minime denegandum SCti auxilium, quia non *uniuersaliter* ratio eius cessat, quoad omnes mulieres. Si vero in totum cessat, aliud dicendum. *argum. l. 6. §. 2. de iur. patron.*

(d) Duo maxime in legibus ratione SCti occurrunt momenta, unde omnis interpretatio capienda. (1) *sexus imbecillitas l. 2. §. 2. de SCto vellei.*, vel *infirmitas l. 2. §. 3. eod. l. 5. §. 6. eodem*, qua facile mulier se obligat, *l. 4. eod.* (2) *Periculum rei familiaris, quo fieri potest pauperior. l. 21. pr. eod. vid. B. BRUNNEMANNVS in comment. ad leges allegatas.*

Ratio SCti expenditur.

(e) Interpretationis restrictiæ ratio id poscit iubet. *Ex qua in-* que; quamvis enim verba SCti velleiani *generalissime & terpretatio* *indefinite* concepta videantur, hanc tamen non *restringen-* interpretationem, quam ipsi ICti, optimi huius *interpre-* *da.* *tes, agnouerunt.*

§. III.

Hac de causa efficax est intercessio *fœminarum, si* *Veluti si* *calliditate & dolo in subsidium vocatis, creditorem mi-* *callido ege-* *rus cautum deceperint (f), nam deceptis non decipien-* *rint.* *tibus opitulatur hoc SCtum, l. 2. §. 3. ad SCtum vellei. &* *quæ in fraudem eius excogitantur, rata haberi non o-* *portet l. 29. in f. eodem*

(f) Nihil tam salutare est, quod non possit trahi in *id quod ex-* *abusum, qua de causa etiam minoribus haud succurritur, emplis de-* *si alios decipere ausi fuerint, l. 1. C. si minor maiorem se dis-* *claratur.* *xerit.*

D

xerit. Experientia stante magistra edocti scimus, sæpissime fœminas in technas detrimentaque aliorum, benigno hoc iuris beneficio abuti, vnde HAHNIVS *ad Wesenbecium ad SCtum Vellei. n. 9. in f.* hoc notatu dignissimum Epiphonema addidit: *Videant mulieres, ne in causa sint, vt propter abusum Præiilegii, aliquando generali constitutione iure suo priuentur.* CONF. BRUNNEMANN. *in comment. ad l. 5. C. de SCto velleiano* FRANZKIVS *comment. ff. ad SCt. vellei. n. 23.* Huc pertinet, si mulier in iure interrogata, respondit, animo decipiendi, se hæredem esse, cum tamen non sit; tum etenim in *l. 26. C. de SCto vellei.* intercessisse dicitur, non utitur tamen auxilio SCti velleiani. Et hoc in sensu intelligenda verba *l. 23. D. eodem*, vbi dicitur, *eam minime intercessisse videri.* Similis ratio est, si decipiendi animo, vel cum sciret se non teneri, intercessit, *l. 2. §. 3. l. 23. l. 30. pr. ff. l. 5. l. 18. C. eod. t. HERING. de fideiuss. c. 7. n. 423.* Card. delVGO *de I. & I. disput. 32. sect. 2. §. 1. num. 12. vers. 7.* vel si solum patientiam præstitit, vt quasi res suas maritus obligaret, *l. 5. l. 18. C. eod.* multo magis igitur eidem haud succurrendum, si sexum mentita fideiussit. Cum vero dolus non semper mathematice demonstrari queat, qui sæpe sese intra animum abscondit, ideo deceptis iura contra muliebrem calliditatem remedium suppeditant, vt nempe fideiubenti mulieri deferre liceat iuramentum: *an non sciuerit se ex fideiussione non obligari & ita spe future liberationis intercesserit?* Illa enim, quæ in animo delitescunt, per iuramentum explorari debent communis Doctorum est sententia. CARPZOVIVS *P. 1. c. 12. def. 6. in f. & in Prax. crim. qu. 56. n. 67.*

§. IV.

Veteriam si Præterea efficaciter pro alio fœmina fidem suam
fœmina sint obstringit, quæ præsidium infirmitatis pro se allegare nequit,

quit, quales merito censendæ veniunt foemina illustres, illustres re-
regalibus & sanctiori instructæ consilio, (g) quibus S^Cti galia exer-
velliiani dispositio & hoc nomine minus applicari po-
test, cum contra regulam l. 2. & §. 2. ad S^Crum vellei. posi-
tam, virilibus officiis defungantur.

(g) Huc pertinent Abbatisiæ imperii immediatæ
& aliæ imperii principes, quæ tutelam liberorum cum
ipso regimine gerunt. Non leuibus argumentorum pon-
deribus hanc sententiam assertum iuit HERING. de fide-
iuss. c. 7. n. 517. sqq. STRVV. exercit. 21. th. 12. in f. facul-
tatemque lenientem ita respondisse ait. Non desunt
tamen, quod ingenue confiteor, nonnulla dubia, quibus
hæc nostra premitur sententia. Primum argumentum
opinionis contrariæ petitur ex praxi imperii, secundum
quam matres illustres tutrices principum imperii, con-
firmationem a Cæsare petentes, S^Cto velleiano renun-
ciare æque ac aliæ matres iubentur, cuius rei exempla
plurima adfert. B. STRYKIVS de tutela mat. princip. impe-
rii. Verum enim vero ad hanc refellendam obiectio-
nem dixisse sufficiet, minime hanc iniunctam renun-
tiationem necessariam consequentiam inuoluere, quod
hoc beneficio, ob præsumptum mulieris consilii defectum
foeminis aliis concessio, illustres gaudeant. Multa etenim
fiunt in maiorem securitatem ad euitanda litium retia, quæ
alias non forent necessaria; sunt etenim nonnulli, ex quo-
rum sententia etiam illustres personæ ad hoc priuilegi-
um admittendæ, vnde dubitationis tollendæ gratia renun-
ciatio hæc fieri solet, quæ tamen magis fit hypothetice, hoc
sensu, vt si forte hoc munita sit iuris præsidio, ea vti no-
lit. Alterum argumentum petitur ex l. 1. D. de S^Cti vellei.
quod generatim & indistinctim foeminarum intercessio in-
D. 2. ad S^Crum vellei. effi-

*Dissentient
argument.
primum.*

*Responsio ad
illud.*

*Argumentum
secundum.*

*Responde-
tur huic.*

efficax declarata sit, ideoque lege non distinguente, nec nostrum sit distinguere: Verum enim vero hoc dissentientium præsidium facile interpretatio restrictiua elidit, ratione SCti huius ex integro in huiusmodi fœminis, virilia negotia agentibus cessante, præsertim cum nequidem ius Romanum tales nouerit, adeoque dici nullo modo possit, illud de his etiam disposuisse. Quin potius planius manifestumque est, illud tantum loqui & disponere de iis, quæ ex statu illius temporis officiis publicis & virilibus haud præponebantur. Vnde plura alia iis applicantur, quæ iure Romano illis denegata manifeste constat. Ita si in illas quis compromisit, arbitrium suscipere valent. *c. 4. X. de arbitr. conf. L. B. de LYNKER. in analectis ad STRVV. cit. loc. LVDOLPHVS in tractat. de iure fœminarum illustr. sect. II. §. 3. lit. a.*

§. V.

*Si nullum
sentiant
damnum.*

Facit quoque ratio adducta, vt efficax sit intercessio, qua nullum periculum rei familiaris ipsi imminet nec vllam facit iacturam, cum ob hanc vnice leges efficaciam intercessioni subtraxerint. Hoc maxime tunc contingit, si in rem suam intercedit, (b) vel alias nullum inde damnum sentit, (i) sed potius aliquod commodum aucupari studet. (k)

*In rem su-
am interce-
dendo.*

(b) Optime id obseruat CALLISTRATVS in l. 21. ad SCt. Vellei. & si pro aliquo, ait, mulier intercessit, sed in rem eius, quod acceptum est verteretur, exceptio SCti locum non habet, quia non fit pauperior, vid. HERINGVS l. cit. n. 414. & seqq. HAHNIUS ad Wesenbecium tit. de SCt. Vellei. n. 6. vnde tamen omnis ratio damni æstimanda est. Sic olim procuratores fiebant domini litis, adeoque periculum iudicati subibant, hac de causa iudicatum solui satisfactio-
nem

nem præstare tenebantur, quam ut plurimum ipsi principales præstabant, & ita fideiussores suorum procuratorum efficiebantur, ut dicitur in §. 4. l. de satisdat. Quod si ergo mulier procuratorem dederit, & pro eo cautionem hanc interposuerit, efficaciter obstringitur, cum in rem suam intercedat. Idem dicendum, si mulier mandet alicui, ut procuratori suo pecuniam mutuum, ipsius periculo, det, pariter si aliquem defendat in iudicio, reuera aliquam intercessionem subire liquet, *suscipit etenim in se alienam obligationem*, uti dicitur in l. 2. ff. ad SCt. Vell. aut si eum defendat qui damnatus regressum ad eam habeat, efficacax erit hæc intercessio, l. 3. D. eod. l. 13. pr. l. 25. in f. l. 27. §. 3. ff. eod.

(i) Potest quoque aliis ex causis intercessio mulieri esse *utilis*, ut magis *lucrum*, quam *damnum* inde sentiat. *aliter fit intercessio.* Quid enim si mulier & Titius frater, cum in rem communem mutuaerentur, eiusdem pecuniæ rei facti sunt? Reuera in *coreali obligatione* id agitur, ut pro rata focii intercessio fiat. Interim si ob eam causam mutuo acceperint, ex qua, si creditor pecuniam non dedisset, maius damnum mulier passa fuisset, *simpliciter merito & in solidum* tenetur. l. 17. §. 2. ad SCt. Vell. Quod si debitor tam liberalis promptusque in soluendo fuerit, ut pecuniam mulieri dederit, creditori soluendam, rursus efficaciter ex sua promissione conveniri potest; l. 22. ff. eod. *neque enim illa periclitatur, ne eam pecuniam perdat, cum iam eam habeat*, ut dicitur in l. 16. pr. eod. imo ipsa hoc casu de lucro agit. l. 15. eodem. Denique si debetrix mulier a creditore delegata est, efficaciter obligatur, cum nullum detrimentum patiatur, modo reuera debetrix sit. l. 24. pr. eod. l. 2. C. eod.

(k) Pertinet huc casus dubitationi veterum subie- *vel denique*
ctus, decisus a IUSTINIANO in l. 23. pr. C. ad SCt. Vellei, si si *præmium*
D. 3 ali-

pro inter-
cessione ac-
cepit.

aliquid *præmii loco* accipit, ut se se interponat, idque probari queat, ubi tam de *ratione probandi* quam *qualitate præmii* inquirendum. Quoad illam distinguit imperator, utrum in instrumento publico facta intercessio, in quo confessa sit *foemina*, se pro intercessione aliquid accepisset, vel etiam in instrumento a tribus testibus consignato, quod vim publici instrumenti habet, cui simpliciter standum est; an vero facta sit *sine scriptis* vel in instrumento priuato; tum aliunde probatio desumenda est. Quod *qualitatem præmii* concernit, illam equidem imperator non determinat, sed vel *res* vel *pecunias* hac de causa datas adducit, adeoque non desunt, qui mulieris efficacem intercessionem asserunt, quantumcunque pretium acceperit, ex ratione, quod lex generaliter loquatur, nec certam aliquam quantitatem requirat. HILLIGER *ad Donnellum c. 32. n. 12.*

Nullius ponderis ut plurimum tale argumentum esse prorsus arbitror, quo verbis legum inhæremus, sed vim & potestatem eorum amittimus, quæ tamen ut legum anima erat præferenda; *l. 17. D. de LL.* Cæterum nec illi audiendi, qui cum *CYNO ad rubr. C. b. tit. æquale* pretium, cum summa, pro qua fideius sit, desiderant. Stultum & omni rationis usu priuatum eum crederem, qui tali pretio mulieris intercessionem emeret. Qui etenim mutuam rogat pecuniam & fideiussores quærit, eius inopia laborat, ut tantum pretium mulieri dare non possit. Si tot copiarum ipsi suppetunt, mutuum non rogat, nec intercessores quærit, sed ex horum pretio suis consulit necessitatibus. Illis igitur meliori animo residet sententia, qui alicuius pretii præmium, quod sperni non possit, desiderant, adeoque discreti iudicii arbitrio rem committunt. HERING. *de fideiuss. c. 7. n. 435.* BRVNNEMAN. *in comment. ad cit. l. 23. h. n. 2.* ZANGER. *de except.*

P. III.

P. III. c. II. n. 145. MENOCH. *de arbitr. iud. quest. c. 234.*
 DVAREN. *ad SCt. Vellei. c. 2.* HOTOM. *ad dictam l. 23. C.*
h. tit.

§. VI.

Desiderat vero amplissimus ordo, vt creditor intercessionis non ignarus sit, cui duntaxat imputari potest, quod intercessionem fœminæ temere admiserit. Ergo noua inde exurgit causa, vt efficax sit illa intercessio, quam mulier, creditore ignorante, (1) interponere ausa.

Valet inter-
 cessione qua
 creditore
 ignorante
 inita.

(1) Non tantum aliorum suscipit mulier obligationem fideiubendo, suo periculo mandando, vel res suas pro alio oppignorando, aliisque modis (quos accuratissime traditos videre licet apud ANTONIVM MATTHEI in *disp. 33. de SCto Vellei.*) iisque *apertis*, ita vt creditor omnino sciat, eam intercedere, sed etiam modis *reclis*, qui non *apertam* sed *palliatam* intercessionem continent. Sic enim possunt mulieres *principaliter* mutuum contrahere, vt creditor illarum fidem sequatur, cum tamen debetrix mutuo acceptum non in suam vtilitatem vertat, sed alteri mutuo acceptam summam in continenti tradat. Hoc si ignorante creditore factum, efficacissima certe mulieris efficitur obligatio, vt reuera palliata subsit ipso opere intercessio, *l. 4. pr. ff. ad. SCt. Vellei. alioquin*, ait satis optime ICTUS in *l. 1. eod.*, *nemo cum fœminis contraheret quia ignorari potest, quid actura sint.* Conf. *l. 17. pr. l. 19. §. f. l. 27. pr. l. 32. §. 3. ff. l. 6. pr. C. eod.* Bona fide enim personam mulieris secutus decipi non debet. *l. 27. ff. de SCto Vellei.*

Quod illu-
 stratur.

§. VII.

§. VII.

*Efficaciter
obligatur
si intercessio
modo appa-
rens.*

Cum autem Sctum *veram* intercessionem mulieris exigat, non *imaginariam*, merito quoque ex hac causa efficaciter obligatur mulier, si nempe, ponderatis omnibus causæ circumstantiis, appareat, eam non intercessisse, (m) licet externo rerum colore intercessisse visa fuerit. Tunc vero tantum subest intercessio vera & non apparens, quoties alienam in se suscepit obligationem. l. 15. pr. ff. ad Sct. Vellei.

(m) Omnis actus iure meritoque æstimandus ex intentione agentium, adeoque si mulier ea mente non fuerit, vt pro alio intercedat, obligatur certe efficaciter, l. 19. §. 2. ad Sct. Vellei. qua de causa omnes negotii circumstantiæ ad trutinam reuocandæ, ne quis in applicatione ad deua prolatur. Sic quando mulier alicui indemnitatem promittit, potest non nunquam intercedere, nonnunquam vero alienam haud suscipere obligationem. Si indemnitatem promittit, intuitu alicuius debiti alterius, omnino intercedere dicenda; si ob causam aliam, secus iudicandum, licet per consequentiam, quædam inde intercessio deriuari queat. Exemplo maxime ad rem quadrante id illustrat AFRICANVS in l. 19. pr. ad Sct. Vellei. de tutoris herede, qui de adeunda hereditate dubia mente fluctuabat, siquidem male gesta tutela dicebatur, facultatesque defuncti maxime erant suspectæ. Persuadebat vero mater heredi, vt suo periculo hereditatem adiret, se heredem indemnem eo nomine præstituram esse simul pollicens. Quo in casu si hereditas minus idonea, heresque matrem conueniat, indemnitatem ei præstare tenetur; quamuis etenim per *indirectum* obligationes hereditarias suscepisse videatur, & ita intercessisse, id tamen *primario*

mario non regit, sed tantum de eo, ut tutoris defuncti hereditas adiretur, sollicita fuit. Alii similes casus traduntur in *cit. l. 19. §. 1. 2. 3. & 4.* Confer. *MEVIUS P. 4. decis. 248.* Nullatenus vero ad intercessionis argumentum casus illi trahendi, quando mulier aliquid donat, vel remittit, vel absque prævua intercessione simpliciter solvit, in quibus penitus nulla intercessionis imago deprehenditur.

§. VIII.

Nonnunquam etiam debitum ita est privilegiatum *Vel creditum*, ut inde intercessioni firmissimum efficaciam accedat *est privilegium* robur, utpote si mulier fideiusserit pro libertate *(n)*, *uilegiatum.* vel pro dote *(o)*, imo & creditoris persona tam speciali privilegio instructa esse poterit, ut frustra fideiubens mulier *SCti Velleiani* imploret subsidium. Sic enim, si apud minorem *(p)* fideiusserit, huic contra *SCtum Vellei.* per restitutionem in integrum succurritur.

(n) Libertatis favore antiquos legumlatores multa *Ut si pro libertate impetretur.* contra regulas communes statuisse, ait imperator in *§. 4. I. de donat.* Quid ergo si pro certo pretio dominus servum manumiserit, & pro hoc fideiusionem mulier in se suscepit, an efficax inde progignitur obligatio? Antiquos *ICtos* de eo dubitasse, ait imperator in *l. 24. C. de SCti Velleiano.* Quamvis enim hæc exceptio in *SCti.* hoc non reperiatur, manifestum tamen est, plerisque *ICtos* Stoicæ sectæ fuisse addictissimos, indeque legum interpretationes petiisse. Iam vero Stoici libertatis erant studiosissimi, & omnes homines natura esse liberos allegabant, indeque etiam imperator *MARCUS* in *§. 1. I. de eo cui libert. causa bona addic. rescriptum* suum efformavit, quem Stoicis principibus fuisse innutritum obferuat *EDMUNDVS MER-*

RILLIVS *lib. 1. obseru. 15.* Et hac ex causa plures ICI in hanc descendebant sententiam, efficacem esse in tali casu intercessionem; alii contrariam propugnabant opinionem nec casum in SCTO minime exceptum admittendum esse statuebant. IVSTINIANVS tandem *in cit. l. 24.* hanc litem veterum dirimens intercessioni huic validitatem conciliare existimavit, *satis enim ait, acerbum est, & pietatis rationi contrarium, dominum serui, qui credidit mulieri seu soli sue post serui promissionem & libertatem seruo imponere & suum famulum perdere, & ea minime accipere, quibus fretus ad eiusmodi venit libertatem.* Ita quidem philosophabatur imperator; at spuria hæc certe ratio, genuina vicissim ex antea dictis facile formari potest.

vel pro dote.

(o) Favor dotis in iure est insignis, adeoque non mirandum, etiam intercessionem mulieris pro ea efficacem esse, *l. 41. pr. de iure dotium l. 12. l. f. C. ad SCT. Vellei.* Prouocat ad hanc rationem ipse imperator *in cit. l. ult.* aitque, *cum scimus favore dotium & antiquos iurium conditores seueritatem legis sæpe mollire, merito & nos venimus ad huiusmodi sanctionem.* Hæc ratio ostendit, intercessionem mulieris esse efficacem pro dote promissa, si matrimonium vel maxime iam contractum sit, & maritus uxorem sine dote ab initio duxerit. Obiicit quidem ANTON. FABER *in C. lib. 4. ad tit. de SCT. Vellei.* hac in causa dotem non præbuisse matrimonio contrahendo causam, cuius fauor vnice æstimari debeat ex fauore matrimoniorum contrahendorum, *l. 19. de rit. nupt. l. 1. ff. sol. matrimon.* Verum enim vero IVSTINIANI intentionem minime fuisse sanctionem suam restringendi ad dotem ante matrimonium contractum constitutam, ipsissima textus verba affatim ostendunt, quibus præcauere voluit, *mulieres fieri indotatas, & sic a viro forsan repelli & distrahi matrimonium,* quæ ratio applicari etiam potest ad eum casum,

casum, si, iam contracto matrimonio, dos promittatur, siue a matre, siue ab alio, qui ad hoc ab initio minime obligatus fuit. BACHOVIUS ad *Treutlerum diff. 25. th. 16.* Quid si mulier pro donatione propter nuptias intercessit, an efficax est obligatio? Id omnino afferendum iudico, quia paria cum dote iura habet & hac de causa *antipher-na* dicitur, ROMAN. de *SCto Vellei. t. 58.*

(p) Modo debitor non soluendo fuerit, alioquin *vel apud* minor nullam inde læsionem patitur, siquidem debitum *minorem* a principali debitore obtinere potest, & sic cessante læ- *creditorum.* sione frustra implorat restitutionis in integrum auxilium, *l. 12. de minor.*

§. IX.

Denique SCtum tantum pertinet ad intercessio- *Intercessio* nem *simplicem*: geminatio plus roboris actui concili- *post bienni-* at, (q) & hac de causa quoque intercessio post bienni- *um iterata* um repetita (r) pro extraneo efficax redditur, æque ac *valet.* si principaliter contraxisset. *l. 23. C. eod. de SCt. Vellei.*

(q) De effectibus geminationis plenius agit BARBO-
SA *in thes. pract. voce geminatio.*

(r) Videtur enim, ait IMPERATOR *in cit. l. 22. ex* *Quod ple-* huiusmodi temporis prolixitate, non pro aliena obligatione se illi- *nus expen-* gare sed pro sua causa aliquid agere. Addatur nou. 62. c. 1. §. *ditur.* *et si* consentiat, nou. 134. cap. 8. Ante omniatamen requiritur 1) vt mulier sit maiorennis, siquidem alias contra quoscunque contractus in integrum restituitur; 2) vt intercessio repetatur post biennium; si enim intra biennium post priorem cautionem numerandum intercessit,

E 2

nihil

nihil sibi præiudicat, sed ex *consequencia suæ fragilitatis in secundam incidisse videtur*: 3) vt pro extraneo intercessionem repetat *per auth. si qua mulier C. eodem*. 4) vt prima intercessio aliunde nullo vitio laboret. Cum itaque hæc intercessio demum efficaciam suam ex secunda intercessione recipiat, illa non retrahitur ad tempus primæ intercessionis, sed vires demum ex tempore secundæ capit, id quod potissimum quoad *usuras* obseruandum est. MENOCH. 3. *presumpt.* 21. n. 3. HERING. *de fideiuss.* c. 7. n. 451. *in f.* Denique IDEM *cit. l. n. 450. recte* obseruat, nequidem certiorationem beneficii hoc casu desiderari, cum efficacia intercessionis hoc casu non sit petenda *ex renuntiatione tacita*, quam aliqui fingunt; sed ex virtute *geminatio-* nis, cui lex singularem hoc casu efficaciam simpliciter imposuit ob scientiam præsumptam.

§. X.

Hæ rationes cessantis beneficii iis in locis, ubi de receptione illius manifestissime liquet, ex communi *Cessat in locis vbi SCt. ICtorum assensu attenduntur. Vti vero, quemadmodum superius inculcatum, in dubio pro retentione morum legumque præscarum germanicarum præsumendum, abrogatum.* ita quoque hinc & inde insignia satis non recepti SCti *uelleiani s)* occurrunt exempla.

id quod exemplis declaratur.

(s) Ita in reformat: statuti Norimberg. de Ao. 1564. p. 1. tit. 19. art. 5. p. 112. expressissimis verbis cautum, quod licet foemina in iure cæsareo respectu fideiussionis privilegio singulari gaudeant, nihilominus ex ratione promouendæ salutis & fidei publicæ, viduæ & virgines, quæ decimo octauo anno exacto, sub nulla curatela degunt, si bona propria habeant, vt & mulieres matrimonii nexu ligatæ cum consensu mariti intercedentes, pariter ac mascululi

culi firmissime ex fideiussione obligentur, confer. B. STRY-
EIVS in usu moderno ff. l. 16. t. 1. §. 2. vbi itidem apud
Nordhusanos abrogati S^Cti velleiani exemplum §. 3. de-
prehenditur.

§. XI.

Nec ultimo loco nominanda erit cessantis S^Cti *In mulieri-*
causa, si mulieres mercaturam exercent. Cuius ex *bus merca-*
favore multis in Germaniæ ciuitatibus, commerciorum *triciibus.*
studio illustribus, specialia hac de re (†) statuta repe-
riuntur.

(†) Aliæ certe olim fuere status Romani quam nostri *ex variis ci-*
Germanici hodierni rationes. Siquidem illi fonticis ex *uitatum sta-*
causis, quas apud AVERANIVM in interpret. juris l. 2. c. 13. n. 9. *tutis.*

10. traditas adinuenimus, potius commercia legibus coer-
cere, quam auspiciatos illorum progressus promouere e re
sua ducebant, vnde & non mirum, nihil ab illis in fauorem
commerciorum circa fideiussiones mulierum fuisse disposi-
tum. Germani vicissim, ex quo cultiores redditi, simul cum
literis armisque commerciorum studia coniungere amant,
vnde & ciuitates negotiationibus florentes, in rebus sic dictis
mercatoribus subtilitates iuris Romani seponendo, æquita-
tem simplicem iudicem esse iubent, in id potissimum incum-
bendo, vt securitas & vtilitas commerciorum per exactissi-
mam datæ fidei liberationem suffulciatur. Qua ex ratione &
S^Ctum velleianum ex multarum ciuitatum statutis in fœ-
minis cum separatam tum communem cum maritis ne-
gociationem exercentibus cessat. Vid. MARQYARDVS
de iure mercatura l. 12. n. 21. CHRISTIN. tit. 9. art. 10. GAIL.
2. obseru. 90. num. 5. STRVVIVS exercit. 21. th. 12. HERING. de
fideiuss. c. 7. n. 408. IOH. REBHAN. in disput. de vxore merca-
trice th. 12. sqq. Quid statuta Vratislaviensia in fauorem

E 3

nego-

negotiationum ratione mulierum disposuerint, exponit responfisque Scabinatus Wratislauenſis illuſtrat THOMAS SCHRÖERVS in *inſtit. tutorum & curat.* p. 2. qu. 20. n. 100. ſqq. De iure Lubecenſi conſulatur MEVIUS ad *ius Lubecenſe* l. 1. tit. 10. art. 1. n. 77. Idem ius Hamburgi ex *ſtatuti* p. 2. tit. 6. art. 2. obtinet. Imo plurimis in locis ſcœminarum in mercatura fideiubentium vſque adeo firmum obligationis vinculum, vt nec opus ſit certioratione. BERGERVS ad *Lauterbachium* l. 19 t. 2. p. 436. RIVINVS de *except. c. 8. n. 5.* MENKEN ad *Proceſſ.* l. §. 58. vbi præiudicium ſupremæ curiæ prouinc. Lipſ. d. 9. maii 1698., quo reiecta mercatricis appellatio, adducitur. Diſpoſitiones hæc tamen reſtringuntur ad actus mercaturæ, quatenus mulier vt mercatrix intercedit. vid. MEVIUS ad *ius Lubec.* l. 1. tit. 10. *artic. 1. n. 78.* in negotio enim extraordinario etiam iure communi & beneficio S^Cti vellei. mulierem mercatricem gaudere Dd. teſtantur. B. STRYKIVS in *uſu moderno ſſ. ad S^Ct. vellei.* §. 1. Excell. Dn. LVDOVICI *differ. de muliere cambiante* §. 2.

§. XII.

In feminis
cambiantibus.

Eodem ex commerciorum fauore & iuris cambialis rigor, ad ſcœminas mercatrices in negotiatione (u) cambiantes extenditur, neque ſe contra illum S^Cti velleiani præſidio vllo (v) modo tueri poſſunt, licet nec renunciatio nec certioratio (x) iuris huius præceſſerit.

ſecundum
varias ordi-
nat. cambi-
ales.

(u) Varias immutationes in iure cambiali Saxonico, quomodo mox rigor cambialis ſolum ad ſcœminas mercatrices, mox ad vtrumque caſum, ſiue mulieres cambiantes

tes sint mercatrices, siue non, dein iterum ad foeminas negotiationem tractantes, & denique ad illas quæ separatam mercaturam exercent, per diuersa rescripta modo extensus modo restrictus fuerit, luculentissime docet Dn. LVDOVICI *in allegat. dissert. §. 9, 10, 11, 12, 13, 14, & 15.*

In hoc vero fere omnes ordinationes cambiales conspirant, quod mulier mercatrix in cambio S^Cti vellei. exceptionem opponere non queat. vid. *Ordinat. camb. Lipsi §. 2.*, Rescriptum nundinale Naumburgense apud KÖNIGIVM *ad Ordinat. camb. Lipsi.*, ordinatio cambialis Pruss. *art. 35.*, Brandenburgica *art. 25.* Magdeburgica *art. 38.* Consentit Vratislauenensis, in qua *art. 2.* prouisum: So sichs nun begäbe, daß Witt-Frauen oder andere Weibspersonen vor sich oder ihren Mann absonderliche Handlung führeten, und in ihrem eigenen Namen einen Wechsel-Brieff von sich ausgaben, ob es gleich ohne autorität und Einwilligung ihres ehelichen oder andern Curatoris, auch ohne vorhergehende Erinnerung ihrer weiblichen Privilegien und Rechts-Wohlthaten geschehen, so sollen Sie dennoch selbst zu zahlen schuldig und verbunden seyn, auch Sie das S^Crum velleianum, ob Sie gleich dessen nicht zuvor erinnert, nach solchem Rechte von Ihnen renunciiret worden, keinesweges schlißen.

(v) Modo cambium concernat negotiationem, CAR^{in cambiis} PZOV. p. 2. C. E. 15. d. 16. n. 5. KÖNIG. *ad ordinat. Camb. Lipsi §. 2. negotiatio-* n. 3. Dn. LVDOVICI Wechsel-Process p. 8., id quod tamen in *nem concer-* dubio præsumitur HARTM. PISTORIVS *l. 1. qu. 14. n. 16. nentibus.* MARQVARD. *de iure singulari mercaturæ l. 1. tit. 12. n. 25.*, vbi plures allegati deprehenduntur. Addatur CARPZOVIVS *p. 1. c. 15. d. 16.* vnde cum præsumptio contra mulierem mercatricem cambiantem militet, hæc probatorem in contrarium in se suscipere tenetur.

(x) Com-

(x) Communiter DD. hanc rationem proferunt: quod fœminæ mercatrices vti diligentes sunt in emendis vendendisque mercibus; ita etiam diligentes & curiosæ esse debeant, vt iura specialiter ipsis indulta cognoscant. Quod si non faciunt, negligentiam suam sibi ipsis imputare debent, sin vero de beneficiis indultis iis constat, certioratione amplius non est opus. Vid. Dn. LVDOVICI *in sapius allegata disput. §. 17.*

§. XIII.

*Valida est
intercessio
iurata.*

Efficacem porro mulierum intercessionem obligationem ex iuramento fortiuntur. Licet enim forte ius iurandum non augeat hanc obligationem ex iuris civilis principiis; (y) quo minus tamen fœminæ fidem Deo veritatis teste & perfidiæ vindice inuocato pro aliis interpositam fallere liceat, ius canonicum prohibet (z). Id vero hoc casu (aa) in foris germaniæ omnino obtinet etiam ex eorum hypothese, qui ipsi generalem præ legibus Iustinianeis receptionem immerito (bb) denegant. Saltem enim præualeat in causis iuramentorum (cc). Quod iam hac quæstione omnium æquissimum est, cum nec ab analogia iuris civilis nouioris (dd) recedat, & optime consulat conscientis (ee), nec publicam salutem lædat (ff).

*Non iure
civilis.*

(y) FRANCISC. CONNAN. *commentar. iur. civil. lib. 6. cap. 8. §. 9.* BERLICH. *conclus. practica. part. 2. concl. 9. num. 23.* SCHILTER. *ad ff. exerc. 18. th. II.* In veteri Roma enim iusiurandum non producebat nouam obligationem, sed tantum, arctiori vinculo conscientis iniecto, confirmabat veterem, adeoque simpliciter sequebatur naturam

turam actus, cui accedebat, nec maiorem, quam nuda pacta vim atque effectum habebat. Add. *l. ult. C. d. non. num. pecun. l. 35. §. 1. ff. d. iureiur. l. 7. §. 16. ff. d. pacti. l. 25. §. 4. ff. d. solut. l. 12. §. f. ff. d. legatis. l. 5. C. d. legib. Nou. §. 1. pr. CORNEL. VAN ECK princip. iur. ciuil. lib. 12. tit. 2. pos. 7. 8.*

(2) HIERON. TREVTLER. *select. disputat. vol. I. disp. Sed canoniz. 25. th. §. not. b. ANTON. TESSAVR. Decis. Pedemont. 222. n. co. 9. seq. ANDR. RAVCHBAR. part. I. quæst. 34. num. 5. Add. SETSER. de iuram. lib. II. cap. 12. n. 2. 3. Nam non solum INNOCENTIUS III. in cap. cum contingat. 28. d. iureiur. disposuit, ne mulier consensui iurato super actu mariti inualido contraueniret, addita ratione, quod huiusmodi iuramenta in alterius præiudicium non redundent, nec obseruata vergant in dispendium salutis æternæ; sed & ALEXANDER III. c. 9. x. leod. difertis verbis foeminam pro alio iurato fideiubentem sub comminatione interdicti promissis stare iussit.*

(aa) CARPZOV. *part. 3. Decis. elect. 256. num. 22.*

(bb) Satis enim ostendit illustris THOMASIVS, in *Quod præ-* Germania ius canonicum ciuili & ob receptionem tem-
pore priorem, & maiorem existimationem pridem ante *ualet iuri*
reformationem præualuisse in *cautel. circ. præcogn. iuris-*
prud. eccles. cap. 21. §. 41. 42. nec post eam eius auctorita-
tem extinctam fuisse, *ib. cap. 22. §. 1.* adeoque inter prote-
stantes quoque decreta canonum adhuc legibus ciuilibus
preferri debere. *ib. §. 3. seq. Consent. DN. BÖHMER. in iure*
eccl. protest. rit. de constit. §. 36. seqq. GOTTL. GERH. TITIVS
Probe des geistl. Rechts l. 1. c. 2. §. 61.

(cc) STRVV. *Syntagm. iur. ciuil. exerc. 2. th. 39. Add.*
ARTHVR. DVCK. *de autorit. iur. ciuil. l. 1. cap. 7. d. 12.*

(dd) Nam non modo FRIDERICVS I. *Auth. sacra-* Et in con-
menta puberum. C. si aduersus venditionem constituit, vt *seruando*
minores inuolubiliter custodiant, quæ sub religione iu-
boc iura-

mento ana-
logia iuris
ciuilis noui
conueniens
est.

risiurandi contraxerunt, licet alias secundum leges ciuiles vel nulliter contraxissent, vel beneficio restitutionis in integrum aduersus læsionem ex validitate contractus imminentem tuti essent: sed iam sub gentilibus imperatoribus is honos iuramento habitus fuit. Ita enim ALEXANDER in l. i. C. eod. militi rescribit: *si minor annis viginti quinque emptori prædicauisti, nullam de cætero te esse controuersiam facturum, idque etiam iureiurando corporaliter præstito confirmasti: neque perfidiæ neque periurii me auctorem tibi futurum sperare debuisti.* Plane iam olim libertus operas, dona, munerera iureiurando semel promissa præstare tenebatur, non secus ac si verborum obligationem contraxisset, cuius vim pactum iniuratum minime obtinebat. Vid. CAIUS institut. lib. 2. tit. 9. §. 5. l. 7. §. 5. l. 37. pr. ff. d. operis libertorum.

Conscientiis
optime con-
sulit.

(ee) Laudat IOSEPHVS antiquitat. iudaic. libr. 5. cap. 5. veteres Hebræos, quod ipsis solum nomen periurii horrorem incusserit. Quare Christianus princeps non cauebit, quo minus in foro aliquid toleretur, quod, reposito proprii commodi studio, iterum deliberata, facile conscientiaæ periurio læsæ arguere queat eos, qui se legum subtilitate a iuratis promissionibus liberare student? Nul- libi prohibetur fœmina, neglecto Sæcti Velleiani auxilio, fidem datam sancte seruare, eaque ratio est, cur heredes earum, quæ pro aliis intercesserunt, frequentius hoc beneficio vtantur, quam ipsæ, quas pudor & conscientia proprii facti sæpe retardat ab usu priuilegii aduersus expressam voluntatis suæ declarationem. HUBER. prælect. ad pand. tit. de Sæcti. Vellei. thes. 21. Quanto maior religio esse debet in iureiurando seruando? Quod quæ sic contemnit, si periurii rea dici non possit, saltem hoc agit, vt ab initio nomen domini Dei sui in vanum adduxerit. In alterutro igitur peccat, siue licitum antea iuramentum, nunc in teme-

temerarium vertat, siue retro temere ac inutilite. iurauerit, quod & diuino & ciuili iuri repugnat. vid. *Exod. 20, 7. Matth. 5, 33. 34. l. 20. 26. ff. d. condit. & demonstr. Auth. sacrament. C. quand. mul. tutel.* Id vero etiam extra legem pro virili cauere pii Icti officium puto. Exemplo sit BRUNNEMANNVS, qui ad l. f. ff. ad SCtum Velleianum n. 13. scribit, vt Christianum decet: *Semper mihi potior iuramenti religio, quam subtiles disputationes, & ea sententia clienti suadenda, quae pro religione est.* Multo magis igitur eo annitendum, vbi iuris canonici dispositio id iubet, quam merito pro lege seruamus, siue illud tacito principis consensu siue expressa receptione in foris introductum sit; vtraque enim ratione legis vim etiam inter protestantes obtinet.

(ff) Sane, seruatis iuramentis, quae salua salute æter- *Nec vim le-*
na seruari possunt, frustra legislatoriae potestati præiudicium soluit.
cium metuitur. Nam cum nemo neget, posse a principe certos actus accedente aliqua solennitate v. g. septem testibus in testamento, conseruari, sine ea vero inuidos declarari; non video quomodo vellicetur eius auctoritas, si quaedam negotia a iudice conseruentur, quoties corroborantur iuramento, quo addito, iura ab ipso legislatore condita vel recepta eadem sustinent, licet ipse eisdem omnem efficaciam denegauerit, si iniurata fuerint. *Sed tuerur.*
Plane reipublicae interest, non vilescere in animis hominum auctoritatem iurisurandi, quod si vix quidquam operari credendum est, quod non & iniurata obligatio iniungit, nescio an a superfluitate adeoque temeritate factis liberari possit maxima pars iuramentorum, quibus & inter priuatos & ab ipso principe fides habetur, quam iniuratis negari notissimum est.

§. XIV.

Hoc igitur casu ad sceminam firmiter obligandam *Nec in iu-*
solam *rata inter-*

*cessione opus
est alia so-
lennitate.*

solum *iusiurandum verum* sufficet, licet solenni formula (gg) conceptum non fuerit. Quare nec opus est, ut talis intercessio instrumento coram tribus testibus confecto (hh) comprehendatur, aut iudicialiter (ii) fiat. Nec renunciatio vlla S^Ci velleiani requiritur (kk) cuius adeo ne quidem certioratio disideratur. (ll)

Sufficit iuramentum verum.

(gg) Sufficit iuramentum *verum* quodcumque, id est, tale, quod inuocatione diuini nominis perficitur. Add. SAND. *lib. 3. tit. 11. def. 11.* Solennis formula, *ita me Deus adiuuet*, non præcise desideratur, sed eadem vis est alterius æquivalentis: an Cydes Statt, bey dem Worte der ewigen Wahrheit &c. quippe qui hac formula vtitur declarat implicite animum iurandi; vid. D^{N.} BÖHMERS in *iure Ecclesiast. Prot. l. 2. tit. 24 n. 4. p. 1767*, ibidemque allegatus B. STRYKIVS in *usu modern. D. de iure iurando. §. 14.* neque enim ius canonicum vllibi postulat *formale iuramentum*, sed tantum *iuratum fidem*. Hanc vero etiam in eiusmodi obligationibus reperiri, easque ideo seruandas esse dubio caret. vid. PHILIPP. *ad Decis. elect. 25. obs. 2. §. 3. seqq.* ID. *ib. obs. 4.* Atque hæc sententia securitati conscientie consulit. BRUNNEM. *ad l. f. ff. ad S^Crum vellei. n. 10.* Pluribus hæc exequar *cap. seq.* vbi de iureiurando vxoris pro marito intercedentis dicendum erit, in quo par ratio subest.

In priuato instrumento

(hh) Priuatum instrumentum cum BARTOLO admittit SAND. *dict. tit. def. 5.* eamque sententiam ex æquitate canonica horrore periurii merito sequimur. Moribus fere eandem seruari testatur HVBERS *Prælect. ad ff. 1. ad S^Ci. vellei. num. 15, 17.* licet iuri ciuili forte conueniat contraria BALDI opinio ob *l. 23. C. eodem.*

extra iudiciale.

(ii) Adde *notam seq.* Pariter renunciationem S^Ci quam-

quamvis, accedente iureiurando extra iudicium factam
valere responderunt SCALINI LIPS. apud SCHILTERVM ad
ff. exerc. 28. th. II. in fin.

(kk) Vulgatum est, iuramentum habere vim renun-
ciationis vid. GAIL. l. 2. obs. 27. n. 23. MEV. part. I. dec. 147.
not. 4., quod etsi non nisi sub certis restrictionibus ad-
mittendum sit, tamen sufficit, salua salute æterna seruari
posse, nec seruatum tendere in præiudicium tertii. vid.
STRVV. syntagm. iur. civ. exerc. 21. th. IO. ibique MÜLLER.
not. n. BERLICH. part. 2. concl. 19. n. 24. & quos hi magno
numero allegant.

(ll) Equidem nemo renunciat, de quo non cogita-
uit, licet iurauerit, c. 23. X. de iureiur. nec iuramentum
tollit defectum iudicii, quod id inseparabiliter comitari
debet, c. 26. X. eod. nec debet esse vinculum iniquitatis, c.
12. §. f. c. 18. X. eod. quod alias facile euaderet, quia for-
te non iurauisset foemina, si beneficium suum sciuisset.
Vnde certiorationem etiam in iurata intercessione re-
quirunt BERLICH. dict. loc. n. 37. §. 9. CARPZOV. p. 2. const.
16. def. 19. n. II. Tessauro. dec. 222. n. 6. II. 12. Sed iam di-
ctum est, renunciationem plane nullam requiri. Nec ex-
cluditur consensus, aut erratur in eo, quod mulier cum
effectu obligari velit, quemadmodum nulla lege requiri-
tur, vt minor iurato contrahens intelligat priuilegia æta-
tis, sed sufficit, illum efficaciter obligari voluisse. Nec
iniquum videri debet, sed potius iuri naturali conueni-
entissimum, vt foemina ex sua intercessione non secus ac
masculus teneatur, quod tantum humano iure aliter dis-
positum est, ceu dictum cap. 1. §. 1. Itaque hic etiam sub-
tiles dubitandi rationes iuramenti religioni merito post-
pono. Consent. GAIL. l. 2. obs. 41. & 77. n. IO. HAHN. ad
WESENBECK. tit. ad Sc. vellei. Illustr. SAM. de COCCEI. ius
controuerf. eod. tit. quæst. 12. pag. 754.

§. XV.

*Renunciatio
SCti inter-
cessionem va-
lidam red-
dit.*

De *renunciatione* difficilior inspectio est, qua SCti velleiani beneficium amitti posse plurimi affirmant (*mm*), sed plurimi etiam magnæ auctoritatis ICTi negant (*nn*), vt dubium omnino videatur, quænam sententia communior sit (*oo*); quamvis praxis *affirmatiue* magis faueat (*pp*). Eadem & Græcis (*qq*) pridem arrisit, & mihi quoque argumentis in vtramque partem trutinatis præferenda videtur.

Affirmantes.

(*mm*) Illustr. STRYK. *Vj. mod. Pandect. t. ad SCtum vellei. §. 18.* VLRIC. HUBER. *Prælect. ad ff. ibid. num. 14.* GEORG. BEYER. *Delin. iur. ciu. 16. p. 16.* LVDER. MENCKEN *Theor. & Prax. Pand. 16. §. 8.* ID. *Gymnas. polem. iur. disput. 6. controu. select. iur. ciu. th. 16.* DN. ENGELBRECHT *Compend. iurisprud. l. 16. tit. 1. §. 5. num. 7. p. 318.* BRVNNEM. *ad l. fin. ff. cod. tit. n. 4.* FRANZK. *ad ff. ib. n. 29.* PEREZ. *ad ff. ib. n. 21.* Illustr. SAM. DE COCCEL. *iur. controuers. eod. tit. quæst. 12.* IOH. PAVL. KRESS. *specim. iurisprud. ciuil. forens. l. 3. t. 16. §. 10.* GAIL. *l. 2. obseru. 77.* SCOTAN. *disput. ad Pandectas 34. thes. II. PAGENSTECHER sciliment. ad compend. iuris Schuzio-Lauterbach. manip. 3. sicil. 408. p. 123. seqq.* CHRISTOPH. ANDR. REMER. *de vero obligation. valore sect. 2. cap. 21. §. 18. seqq.* VOETIVS *ad D. tit. ad SCti. vellei. §. 9.* Excell. LVDOVICI *disput. de genuino intellectu brocardici vulgaris omne iuramentum seruandum esse, quod salua salute æterna seruari potest §. 24.* IOH. SCHILTER. *ad ff. Ex. 28. §. 8.*, vt taceam alios ab his magno numero allegatos.

(*nn*)

(nn) Exhorum numero præter alios sunt WESENBECK. *Negantes.*
ad ff. t. ad SCti. velleian. num. 9. id. Comment. ad cod. eod.
tit. num. 17. seqq. FRANCISC. CONNAN. *Commentarior.*
iur. ciuil. lib. 6. cap. 8. §. 9. BACHOV. *ad Treutler. vol. 1.*
disp. 25. th. 4. f. b. t. ARNOLD. VINN. *select. quæst. lib. 1. quæst.*
 48. MATTH. BERLICH. *part. 2. concl. 19. num. 16. seqq.*
 PHILIPPI *ad decis. elect. 25. obs. 1. n. 1.* DAVID MEVIVS
adius Lubec. lib. 1. tit. 10. art. 1. n. 69. seqq. LECHASSERIVS
peculiari tractatu Gallico de SCti velleiani renunciatione, ac
nouissime IOSEPH. AVERANIVS interpretat. iur. ciuil. l. 2. c. 5.
 Alios lubens omitto, inter quos eminent SALIS *scilicet.*
iur. ciuil. ad l. f. ff. b. t. vbi contrariam opinionem ex im-
 pudenti rugarularum cum ratione infantium procacita-
 te deriuat.

(oo) Equidem ALBERICVS *ad l. f. C. ad SCrum vellei. Dubium v-*
 ait: totum mundum seruare, quod mulier huic benefi- *tra sensen-*
 cio renunciare possit, eamque sententiam communem *tia commu-*
 vulgo putant. vid. WESENBECK. *ad C. eod. num. 27.* Sed ex di- *nior.*
 ctis pater alios aliter sentire: Præterea multi fluctuant,
 vt HERING. *de fideiussor. num. 466. seqq.* Aliqui sibi con-
 tradicunt instar CARPZOVII, qui renunciationem admit-
 tit *part. 2. const. E. 16. def. 17. num. 2.,* contra inualidam es-
 se disputat, *part. 3. decis. 256. n. 20. 21.* vt dubiam fore ale-
 am merito annotent alii, si numero consentientium pu-
 gnetur.

(pp) Vid. DIONYS. GOTHOF. *ad l. f. ff. ad SCti. Vel. Affirmatiua*
lei. IOANN. SCHILTER. ad ff. exerc. 28. th. 8. quod testan- *in praxi re-*
 tur præiudicia, quæ pro affirmatiua passim reperiuntur. *cepta.*

(qq) Ita enim CONSTANTINVS HARMENOPVLVS *Consensus*
Præses Thessalonicensis promptuar. iur. ciuil. lib. 3. t. 6. Ver- Harmeno-
 ba integra ex interpretatione IO. MERCERI hæc sunt: *puli.*
Tum demum autem pro aliquo interueniens obligatur mulier,
eum

eum aperte dixerit, se iuri proprio ac legi renunciare in fauorem mulierum introducta, ne, si intercesserint, teneantur.

§. XVI.

*Argumenta
dissentien-
tium.*

Non defunt equidem aduersariis argumenta, quibus aduersus validitatem renunciationis insurgant. Urgent enim (1.) senatus consultum esse ex legum prohibitiuarum (rr) numero; (2.) intercessionem ad publica officia (ss) pertinere; (3.) beneficium hoc ob imbecillitatem (tt) feminis fuisse concessam; (4.) totam legislatoris intentionem eludi (uu) si concedatur renunciandi licentia; (5.) ne realem quidem solutionem impedire, quominus femina tanquam indebitum (vv) repetat, quod ex intercessione pro alio soluit; (6.) nullam omnino intercessionem (xx) feminæ valere; (7.) dari exceptiones, (yy) ex quibus pateat, regulam esse, ne valeat renunciatio; (8.) exceptionem Scti esse fauorabilem adeoque extendendam. (zz)

*Ratio dub. 1)
Sctum est
lex prohibi-
tina.*

(rr) Notum est, renunciationem locum non habere in iure prohibitiuo, FINCKELTH. *obseru.* 107. n. 8. eoque secundum mentem *præc. cap. 1. §. 6. not. z. pag. 14.* non secundum quid, sed simpliciter tali. Huc vero Sctum nostrum omnino videtur referendum ex variis rationibus. Nam (a) leges vbique dicunt, intercessiones mulierum, prohiberi, interdici, non permitti, vt iam supra dict. loco dicere occupauit. *add. l. 1. pr. l. 8. §. 3. l. 14. l. 16. pr. & §. 1. l. 32. §. 2. ff. ad Sct. Vellei. Conf. l. 2. §. 1. ff. eod. vbi verba Scti sunt: Aequum non est mulieres huiusmodi obligationibus obstringi.* PAVL. *sentent. lib. 2. tit. II.* (β) principaliter fauere videtur bono publico. BERLICH. *dict. loc. num. 19.*
(γ) et

(γ) eidem fraus fieri potest a fœmina, de quo iam *supr. p. 16. allegauit l. 8 §. 6. ff. eod. cui AVERANIVS num. 7. addit l. 29. in fin. ff. eod. in qua a ICtis irrita declarata, ait, quæ in fraudem SCti excogitata probantur, idque ex l. 29. in fin. ff. ad leg. Falcid. demonstrat. In fraudem vero legis permittentis nihil facere potest is, in cuius fauorem ea lata fuit *cit. l. 29. ff. d. leg.**

(ss) Est enim species defensionis, adeoque virile mu-²⁾ interces-
nus. Vnde PAVLVS ait *l. 1. §. 1. ff. de iur. iur. Sicut moribus civi- fo est virile*
lia officia adempta sunt feminis, & pleraque ipso iure non va- officium.
lent, ita multo magis adimendum eis fuit id officium, in quo
non sola opera, nudumque ministerium earundem persaretur,
sed etiam periculum rei familiaris. Concinit VLPPIAN. *l. 2. §. 5. ff. eod. Etsi mulier defensor alicuius extiterit, procul dubio intercedit. Et clarissime IDEM l. 2. pr. ff. d. R. I. Fœminæ, inquit, ab omnibus officiis civilibus vel publicis remotæ sunt, & ideo nec iudices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec procuratores existere.*

(tt) Ita enim VLPPIANVS *l. 2. §. 2. ad SCt. Vellei. opem, 3) benefici-*
inquit, tulit (amplissimus ordo) mulieribus PROPTER um datum
SEXVS IMBECILLITATEM, multis huiuscemob imbecil-
di casibus suppositis atque obiectis. IVSTINIANVS in *l. litatem se-*
22. C. eod. FRAGILITATEM vocat. Add. *l. vn. §. 15. xur.*
C. d. rei vx. act. At beneficio propter fragilitatem natu-
ræ & sexus imbecillitatem dato renunciari posse negant,
quemadmodum minori non licet renunciare priuilegio
imperfectæ ætatis. *l. 8. §. 1. ff. qui satisd. eog. BERLICH. d. p.*
2. concl. 19. n. 17. seqq.

(uu) Videtur par imbecillitas subesse in renuncia-⁴⁾ par fra-
tione, quæ in ipsa intercessione occurrit. Itaque eadem gilitas in
facilitate, qua femina ad fideiubendum mouetur, etiam renuncian-
inducitur ad renunciationem SCti, in qua nihilo plus do & inter-
præsentis periculi subest. Itaque nihil egit senatus, si cedendo.
G eius

eius decretum vno verbo eludere liceat. Quis enim non, cum mulierem fideiubere compellit, eidem simul & renunciationem beneficii extorquebit? Quo admisso, non imbecillitati sequioris sexus consultum, sed eius intercessionibus noua & inanis formula adiecta foret: quod quam alienum sit a grauitate amplissimi ordinis muliebrem leuitatem compefcere volentis nemo non videt. CONNAN. *dict. loc. pag. 641.*

5) *condictio soluti permissa.*

(vv) Quamuis filius familias non condat solum, quod contra SCtum macedonianum acceperat, *l. 10. ff. de SCto Maced.* tamen in muliere obligatio ex intercessione ita fuit eneruata, vt ne quidem creditori solum ex hac causa retinere liceat. Datur ergo sceminae indebiti condictio *l. 40. C. d. condict. indeb.* quodsi per delegationem sui debitoris soluerit, & hic ipsi condictio competit, quemadmodum si pecuniam soluisset *l. 8. §. 3. ff. ad SCtum vel. lei.* Atqui ipso facto exceptioni renunciat, quae solutionem praestat, & plus est solum repetere, quam ante solutionem exceptione tutum esse, vt docet exemplum modo adductum filiisfam. Quodsi ergo *realis* haec renunciatio creditori non sufficit ad accepta retinenda, quanto minus *verbalis* sufficiens erit ad solutionem extorquendam?

6) *inuauitatis intercessio nis, quo numero & renunciatio est.*

(xx) Non valet solennis intercessio a scemina coram tribus testibus celebrata *l. 23. §. 1. C. eod.* cum tamen, quae tam solenniter fideiubet, feruum profecto animum sese obligandi testari, ac tacite senatus auxilio renunciare videatur VINNIO *dict. quest. cap. 48.* nec sustinetur reiterata fideiussio ideo, quod & in secunda promissione intercessio est *l. 19. ff. d. nouat.* nisi demum post biennii lapsum repetita inducat praesumptionem negotii ad ipsam pertinentis, *l. 22. C. ad SCt. VELLEL.* at ipsa renunciatio nihil aliud est, quam intercessio, nec efficacior videtur, quam iterata.

7) *Exceptio.*

(xy) Viget WESENBECK, *ad. C. dict. tit. num. 27. ex BAR- TOLO,*

TOLO, quod dentur ſpeciales caſus in quibus valeat re-
nunciatio, nempe in *l. 27. 28. C. b. & Nov. 118. c. 5.* unde infer-
regulam eſſe in contrarium, quia exceptio confirmat re-
gulam in caſibus non exceptis.

(22) Eſt in ea opinione *TESSAUR. decif. 222. n. 12. verſ. 8)* *extenſio*
& hæc opinio. Cum enim ſubſit beneficium principis ad-
modum fauorabile, & quod ſexui elegantiori egregie
conſulit, non dubitat, quin illud interpretatione ampli-
ari debeat *arg. l. 3. ff. d. Conſtit. princip. c. odia d. reg. iur. 6.*

§. XVII.

Verum hæ rationes, ſi accuratius examinentur,
magis ſpecioſæ, quam veræ apparebunt. Nam 1) *SCrum* *Conſutatio*
beneficium eſt non lex prohibitiua; (*aaa*) 2) falſiſſimum *differen-*
eſt, interceſſionem ad publica officia (*bbb*) referri; 3) *tium.*
imbecillitas feminarum tanta non eſt, vt propterea in-
uitis beneficium obtrudere (*ccc*) voluerit legiſlator; nec
4) eius intentio facultatem renunciandi tollit, (*ddd*)
quæ 5) ſalua repetitione eius, quod per errorem (*eee*)
ſolum eſt optime exerceri poteſt, 6) nec cum inter-
ceſſione confundi (*fff*) debet; 7) exceptiones vero ad
neceſſitatem (*ggg*) renunciandi pertinent, 8) nec priuile-
gium *SCti* nimis extendi (*bbb*) iura patiuntur.

(*aaa*) *SCrum* ad leges prohibitiuas ſimplices male re-
ferri & *TITIVS* docuit *obſeru. ad Lauterb. 444.* ex ipſe
oſtendi *cap. I. §. 6. not. z. & amplius probabo §. ſeq.* Hic
tantum reſpondeo (*a*) quod iam ſupra dixi, *c. 1. §. 6. lit z. p. 14.*
ſqq. aſſertiones *ICTorum* de prohibitionem improprie intelli-
gendas eſſe, quemadmodum donationes inter coniuges to-
tics dicuntur prohibite *l. 1. & ipſo iure non valere l. 3. §. 10. ff.*
d. donat. inter vir. & vx. quæ tamen verius tantum reuoca-
tioni ex poenitentia perpetuo obnoxia manent, *arg. l. 32. §. 2.*
ſeqq.

seqq. ff. eod. TITIVS obseru. ad Laut. 779. (B) Potius bonum priuatum respicitur vt mox patebit, publicum non nisi vltimo & per consequentiam. PAGENSTECHER *dict. manip. 3. pag. 139. 181. REMER dict. loc. §. 21. (7)* De fraude Scto facta iam monui pag. 17. eam vel a creditore fieri, cuius intuitu vtique non subest lex permissiua, vel a muliere, quo casu amittit beneficium. De priore vero Ictum loqui amplius corroborat l. 29. quam §. *præc.* ex AVERANTIO adduxi, qua occasione simul obseruo, etiam legi *permissiue* fraudem fieri posse, etiam ab eo, in cuius fauorem lata est. Nam lex Falcidia sine dubio in fauorem testatoris & heredis lata *pr. I. d. Leg. Falcid.* & permissiua est, & tamen irrita dicuntur, quæ ab iis in eius fraudem agitantur l. 27. ff. eod.

ad 2) inter-
cessio male
creditur
officium pu-
blicum.

(bbb) Intercessionem inter officia publica referri nego ac pernego. Intercesserunt feminae ante AVGVSTVM, & ne inde obstringerentur, Scto opus habuerunt, *vid. cap. I. §. 3. 4.* nunc quoque plurimis casibus valide ex omnium sententia intercedunt, de quibus *hoc cap. actum*, & a IVSTINIANO normam acceperunt, obseruandam, *ne ipso iure nulliter agant l. 23. §. 1. C. ad Sct. Vellei.* Hoc in munere publico quis vnquam permissum fuisse, aut permissum iri sibi persuadeat? Itaque male intellectus PAVLVS *in l. 1. §. 1.* vbi aperte comparisonem instituit inter officia ciuilia, quæ nuda opera constant & tamen foeminis interduntur, & *intercessiones*, quæ priuatæ quidem sine dubio, sed tamen & ministerium & periculum bonorum comprehendunt. Male intellectus VLPIANVS *in l. 2. §. 5.* vbi omnem defensionem ad intercessionem recte refert, sed ne per somnium quidem, vice versa omnem intercessionem inter *virilia* defensionis officia numerauit. *d. l. 2. d. R. I.* Vnde valde miror eam, etiam Icto antiquitatum peritissimo ARN. VENNIO loco *sæpius allegato* imposuisse, vt *intercessionem* pro publico officio haberet, quæ tamen *ab interuentione*, de qua ibi sermo est, toto cælo distat. *vid. PAGENSTECHER manip.*

manip. 3. p. 24. 128. SCHILTER, ad ff. ex. 28. §. 4. IAC. GOTHOFRED. ad d. 1. 2. ff. d. R. I. VOETIVS cit. l.

(ccc) Verum est, fragilitatem sexus non exui : sed iam ^{ad 3.) im-} ostendi ^{becillitas} cap. 1. §. 1. lit. c. hanc rationem feminis naturaliter non succurrere aduersus ipsarum intercessionem ^{sexus minor} add. l. 32. pr. ff. ^{est in renun-} d. fideiuss. & leges alibi foeminarum sexum auarum pronun- ^{ciando,} ciant, l. 4. §. 1. ff. ad SC. Vellei. Quæ vero de imbecillitate iure ^{quam in-} ciuili hic statuta sunt, non pertinent ad eas, quæ beneficio- ^{tercedendo.} rum suorum satis admonitæ fuerunt, quod in renunciatione fieri debet, adeoque non impetu præcoci, sed re mere delib-
berata amicis succurrunt. Nec æque prohibitum probatur, beneficio ob imbecillitatem sexus concessio renunciare, ac privilegio ob fragilitatem ætatis indulto. SCHILTER. d. l. §. 9. HAHN. ad Wesenb. dict. tit. n. 9. PAGENSTECHER loc. all. p. 131. Sane ratio ciuilis non patitur eandem extensionem, quam naturalis, nam minor facile expectat maioren-
tatem, contra durissimum foret, fæminæ beneficium obtrudere, quo per totam vitam fortunas suorum, fide sua interposita adiuuare prohiberetur.

(ddd) Equidem non video, quid ad obiectionem de ^{ad 4.) diff-} pari leuitate renunciationis & intercessionis faciat respon- ^{cilior re-} sio ^{fio} KOHLSHORNI ad Schoepffer. ad ff. tit. ad SC. Vellei. nunciatio, ^{nunciatio,} nor. m. intercessionem esse prohibitam sed non renunciatio- ^{quam in-} nem, quod ipsum in quæstione est. Attamen nego eandem ^{tercessio.} subesse facilitatem, cum intercessio contra SCrum fiat ab ignorante; l. 30. ff. eod. at renunciatio requirit ^{certiorationem,} vid. infr. §. 19. quæ si præcesserit, omnino aut circumspectio-
rem reddet mulierem, aut iuste eandem periculo exponet, quod cum monita spreuerit; damnum, si quod sua culpa sentiat, non intelligitur sentire. l. 203. ff. d. reg. iur. REMER. dict. loc. num. 6. PAGENSTECH. loc. all. p. m. 126. 130. Ita suam intentionem obtinebit legislator, modo non decipiantur ^{nec nouum} incaute, licet iacturam sentiant, quæ sponte abdicant priui- ^{est legem} legium de quo certiores redditæ fuerunt. Et quid si fructu

subtili ratione introductam eludi.

careat SCtum? Nonne id sæpius accidit, vt, cum nimis subtiliter omnem iniquitatem legislator vitat, eoque fine a simplicitate iuris naturalis recedit, occasionem præbeat, totam sanctionem eludendi? Ego certe non ideo dixerim, in totum per legem hanc a iure naturali recedi, quia volentibus viam reliquit, illius vsus in totum reuocandi. Etiam ex iis quæ de SCt. Vellei. ostendi cap. 1. §. 6. not. x. conici potest, sanctionem l. 23. §. 1. C. de SCt. Vellei. effectu iuris nihil operari. Eandem velut oppido inutilem traducit TITIVS iur. priu. l. 4. c. 18. §. 6. etiam eo in sensu, quo ab omnibus accipitur. Ideone nostrum est, legi aliquid ex nostro ingenio addere, ne effectu careat? Rectius forte fœminarum intercessionem toleratæ fuissent, absque vlla limitatione.

ad 5.) conditio datur seiplici errore iuris solutum.

(eee) Quoties mulier soluit, quod ex intercessione semel datur seiplici debet, aut nouit SCti beneficium, aut ignorat. Si sciat, non iuuatur amplius: cuius enim per errorem soluti conditio competit, eius consulto dati donatio est, l. 53. ff. d. R. l. l. p. C. ad SCt. Vellei. quam in præsens fieri SCtum minime prohibet, l. 4. §. 1. ff. h. Ergo conditioni tunc locus est, si errore iuris soluerit, ignara beneficii competentis. Tunc vero nulla tacita renunciatio subest rei ignotæ. Adeoque patet, ab hac repetitione ad inualiditatem renunciationis certificationem subsequutæ non valere consequentiam BRYNNEM, ad l. 6. ff. h. n. 7. REMER. dict. loc. §. 21.

ad 6.) aliud de intercessione dicitur, aliud de renunciatione.

(fff) Etiam solennis & iterata intra biennium intercessio a renunciatione differt, nec ipsa renunciatio pro intercessione haberi potest. Illa suscipitur præuia certioratione, adeoque cognitione periculi, quæ & a solenni & repetita intercessione abest. Alias non dubitem, has quoque, instar intercessionum renunciatione inuitarum pro validis agnoscere. arg. l. 30. ff. ad SCt. Vell. add. PAGENSTECH. pag. 124.

ad 7.) exceptiones pertinent ad

(ggg) Quæ aliquos de exceptione ad regulam arguta-ri dixi, optime couellit MENCKEN controu. select. iur. ciu. disp. 6. th. 16. n. 1. exemplum matris & auæ pertinere ad renun-
cia-

ciationes *necessarias non voluntarias*. Itaque vera est re-
 nunciatio, nullam, *si nolit*, SCTo renunciare. Sed hic tantum
 quæritur, quid *facere possint, si velint*. Porro *l. 22.* non agit
 de renunciatione *explicita*, de qua nos quærimus, *l. 23.* vero
 huc plane non pertinet.

(*bbb*) Satis docuit *illustr. THOMASIVS* quam lubri-
 ca sit doctrina de *extensione favorabilium*. Quod mulie-
 ribus hic proficuum est, grauat creditores, apud quos fi-
 gium potius deiusserunt. Horum petitio iure communi nititur; illæ *restringen-*
 ad ius singulare prouocant. At tratatitium est, priuile-
 dum,
 gia; quatenus vergunt in præiudicium tertii, esse strictis-
 simæ interpretationis *vid. l. 4. C. d. emanc. liber. l. 2. §. 10.*
16. ff. ne quid in loc. publ. nec ad consequentias trahenda,
 quæ a iure communi exorbitant. *l. 15 seqq. ff. d. legib. l. 141.*
pr. ff. d. R. l. FRANZK. ad ff. tit. d. leg. n. 58.

§. XVIII.

Maius pondus inest argumentis, quibus renun-
 ciatio SCTi velleiani nititur. Constat enim (1) ad il-
 lam requiri scientiam (*kkk*) beneficii, quod non nisi igno-
 ranti conceditur. (2) quidni mulier sese abdicet iure in
 suum fauorem principaliter (*lll*) introducto? nec desunt
 (3) exempla renunciationum (*mmm*) ab ipsis legibus pro
 validis agitarum. Denique si vel pari in vtramque
 partem rationum pondere lis ambigua redderetur, non
 dubitarem (4) in dubio pro restringenda (*nnn*) SCTi
 efficacia pronunciare. Vt taceam alias argumentatio-
 nes pluribus dubiis obnoxias, qualibus passim vtun-
 tur verioris sententiæ defensores. (*ooo*)

(*kkk*) Dicam *§. seq.* renunciationem tunc tantum va-
 lere, si præcesserit sufficiens declaratio muliebrium bene-
 ficiorum fœminis alias ignotorum. At quæ gnara sui
 priuilegii tamen intercedit, non iuuatur SCTi auxilio, pro-
 ut certioratio.

ut *cap. 1. pag. 16.* iam monui, & pene omnes tradunt. vid. BRVNN. *ad d. l. 30 n. 2.* WESENB. *in C. eod. tit. n. 34.* HAHN. *ad eund. ad ff. eod. tit. n. 9.* GERHARD. *ad eund. tit. §. 13.* SCHÖPFFER *ad ff. ib. n. 18.* Add. STRYK. *in vsu mod. ff. eod. tit. §. 23.* Vt admodum mirer solum, quoad memin- ni, SCHOEPFFERVVM in probanda validitate intercessio- nis ad *scientiam* mulieris ex *certioratione* prouocare. Scio aliud videri VINNIO *select. quest. l. 1. qu. 48.* secundum quem mulieres, vt maxime iuris sui conscia sint, SCTo iu- uari constat. Sed satis clare loquitur obscurus alias PAV- LVS in *l. 30. ff. ad SCT. vellei. si decipiendi animo, vel cum SC I- RETSE NON TENERI mulier pro aliqua intercesse- rit, exceptio ei SCTi non datur*

2) *Introdu-
ctio SCTi
principaliter in fauo-
rem mulie-
rum facta.*

(III) Ex fauore mulierum SCTum esse introductum, satis apparet ex iis, quæ *cap. 1. dixi.* Consentit TREVT- LER. *vol. 1. disp. 25. th. 4. not. f.* HILLIGER *ad Donell. l. 12. c. 31. lit. a.* BRVNNEM. *ad l. 8. C. ad SCT. vellei.* CORNEL. VAN ECK *princip. iur. eod. tit. pos. 13.* vnde cessat, quoties cum causa fauorabiliore libertatis *l. 24. C. eod. dotis l. vlt. C. eod.* vel alia pia concurrat, ceu ostendi *cap. 2.* Creditoris odium, quod in macedoniano præcipuum est, hic nullum subesse, ex *l. 40. ff. d. condict. indeb.* constat, vnde eidem actiones aduersus priorem debitorem restituuntur, *l. 8. §. 7. l. 11. l. 13. §. f. l. 14. ff. ad SCT. vell.* Inuito vero benefi- cium non obrudi *l. 69. ff. d. R. I.* sed iuri pro se intro- ducto quemlibet libere renunciare tralatitium est *l. 41. ff. d. minor. l. 46. ff. d. pact. l. f. C. eod. l. 52. C. d. episc.*

3) *exempla
renunciati-
onis in l. 31.
ad SCT. Vellei.*

(iiii) Pertinet huc *l. 31. ff. ad SCT. vellei.* vbi mur- lieri permittitur, si repetere nolit, quod ex intercessio- ne soluit, mandati agere, & audienda dicitur, *si cauere ve- lit de indemnitate, quod aliter contingere non potest,* quam ca- uendo, se non vfuram SCTo: alias enim priori credito- ri actio aduersus reum restituenda esset. *l. 8. §. 7. l. 14. ff. eod.* Add. CORN. VAN ECK. *dict. tit. pos. 13.* Manifestius exem- plum

plum præbet sequens, *l. ult. §. 4. ff. eod. quem merito vident plerique vid. TREVTLER. vol. 1. disp. 25. thes. 4. lit. f. HAHN. ad Wesenb. dict. tit. n. 9. SCHILTER. ad ff. exerc. 28. th. 8. Adscribam ipsa verba POMPONII: si mulier pro eo, pro quo intercessit, iudicium parata sit accipere, ut non in veterem debitorem actio detur, quoniam SCri exceptionem opponere potest: cauere debet, exceptione se non usurum: & sic ad iudicem ire. Vides admitti renunciationem exceptionis, de qua quæritur. Adeoque res confecta videri potest. Sed varia tamen excipiunt, qui secus sentiunt. vid. VINN. lib. 1. select. quest. 48. WESENB. ad ff. d. Exceptiones tit. n. 9. BERLICH. dict. part. 2. concl. 19. n. 32. ac nouissime A- aduersario- VERAN. interpretation. iur. lib. 2. c. 5. num. 13. seqq. Aiunt rum cum re- hæc in iure coram prætore esse peracta, ibi vero quasi sponsonibus conrachi. *l. 3. ff. d. pecul.* Id vero non procedit, nisi quoad ea, de quibus permiffum est contrahere. Addunt, mulierem pro debitore recte soluere; *l. 4. ff. l. 4. C. d. SCt. vellei.*, at liti se pro alio offerre, etiam pro solutione esse, & hoc vnicuique licere etiam inuito debitore *l. 23. ff. d. solut.* In nostra ergo lege agi de muliere, quæ soluere pro alio velit, quod per SCrum licet, sed prius postulat de debito sibi liquere per iudicem: itaque illam aperte æquum poscere, dummodo solutione futura non fraudetur actor; admitti ergo mulierem, sed, ne ille decipiatur, ea conditione, vt prius caueat, se, si condemnetur, non prouocaturam ad SCti auxilium, quod ergo hoc casu specialiter permittatur eo fine, ne auctoritas iudicii eludatur, non esse trahendum ad consequentias. Sed hæc parum cohærent. Soluere pro alio potest fœmina, sed non iudicium suscipiendo pro quolibet iuuito, quod est, quemlibet in iudicio defendere. *l. 35. §. 3. ff. d. procur.* quod, mirum est fœminæ permitti ab AVERANIO, qui eam a iure postulandi ac procuratorem agendi simpliciter excluserat num. 3. Deinde si iudicium pro alio suscipere idem*

H dem

dem est ac *soluere*, idque mulieri præsentem liberalitatem exercituræ permittitur; nullo iure ea S^Cti auxilio gaudet. At fœmina, de qua quærimus, secundum ipsa legis verba S^Cti exceptionem opponere poterat, ideoque cauere *debebat*, se id non facturam. Idque optimo iure, Quis enim donandi animum, quem manifeste probasi debere tralatitium est, MASCARD. *de probat. concl.* 555. n. 13. DN. CHRISTIAN. WILDVOGEL *respons.* 48. num. 34. præsumat ex actione suscepta à fideiussore, qui condemnatus aut principalis actionis cessionem vrgere potest, l. 13. l. 17. l. 36. ff. l. n. l. 21. C. de fideiuss. aut mandati præstita solutione, agere §. 6. I. d. fideiuss. l. 10. §. 15. ff. l. 2. C. mandat. vel negotiorum gestorum. l. 20. §. 1. ff. eod. Idem de nostra quoque præsumendum erat, eam fiducia exceptionis, qua se ex persona principalis debitoris tutam credidit, actionem suscipere, aut, si ita non obtineret, ab eo suum repetere voluisse; adeoque finita & iam lite condemnata adhuc exceptionem saluam habebat, vt ipse agnoscit AVERANIVS num. 15. Quod si ergo eidem poterat renunciare, idem etiam aliis licebit. Neque enim auctoritas iudicii legitimam rationem diuersitatis suppeditat, cum potius prætor ne quidem admittere, sed alimine iudicii repellere debuisset mulierem, si ipsis non & alias liceret iuri suo renunciare. Finge filium familias, ne iudicium reddatur elusorium, creditori pecuniæ obrulisse cautionem in iure, se non vsurum exceptione S^Cti Macedoniani: anne putas, prætorem eandem fuisse admissurum? credat Iudæus Apella, non ego. Denique AVERANIVS addit coniecturam, renunciationem post lapsum biennii factam fuisse, ac verosimile credit, mulierem interuenisse in propria causa. At legem hac de retacere ipse faterur. Et si de interuentione in suo negotio aliunde constiterit, non habuerat illa S^Cti exceptionem, eique adeo frustra renunciare iuebatur. Hæc renunciatio post biennium

eam

eam præsumptionem inducere poterat, lege IVSTINIANI, quæ est 22. C. ad Sct. vellei. nondum condita. Vnde nec obstat renunciationem non ab initio sed demum post interuallum fuisse factum. vid. l. 19. ff. d. nouat. Dicamus igitur priorem fœminam in adducta l. 31. ff. eod. Scto vti noluisse, quod se ab ipso debitore, pro quo intercesserat, suum consequuturam sperauerat: alteram, de qua in l. 32. cit. §. 4. agitur, & hac spe in omnem euentum fretam, & quod insuper actorem in actione succubiturum confideret, exceptionem sponte dimississe. Quod si ante præsentem solutionem vtrique adempta poenitendi licentia, permissum est, cur non & aliis velleiani beneficio renunciare liceat, & si eas postea ad soluendum cogi contingit à principali debitore restitutionem expectare?

(nnn) Primum, quia æquitas naturalis fœminas æ-4) Sctum in que ac masculos ex intercessione obstringit, vt sap. i. o- dubio re- stendi, & cap. seq. latius exequar. At leges omnes in stringen- dubio ita sunt interpretandæ, vt quam minimum a ra- dum. tione naturali recedant. Dn. GRIBNER. princip. iuris- Ratio pri- prud. nat. l. 4. c. 1. th. 2. not. 3. 4. Secundo, quia ius Roma- ma. num vetus hoc beneficium ignorauit, vid. dict. c. 1. §. 3. a- Secunda. deoque id ad leges correctorias pertinet, quas in dubio ampliari non decet. FRANZK. ad. ff. tit. d. leg. num. 53. Tertio quia continet priuilegium creditoribus onerosum, Tertia. adeoque ita explicandum, ne illos nimium grauet, §. præc. not. l. quod in specie de intercessionibus mulierum do- cet CASP. HENR. HORN. de interpret. iurid. cap. 3. §. 14. Denique, quia non præter rationem, si quid iudico, a Quarta. principio vrsi, me in regula subsistere, quæ beneficiorum abdicacionem permittit. Vnde nulla mihi probatio in- iungi poterit, sed in pari etiam causa victor discedam, vt pote tutus iure generali, donec aduersarii specialem exceptionem liquido probauerint.

(ooo) Ita. l.) CORNEL. VAN ECK. princip. iur. tit. ad Argumenta

H 2

Sci. minus li-

quidam) l. 8. *SCt. Vellei.* vrget l. 8. §. 10. ff. *eod. tit.* quam & in mente habuisse videtur TREVTLER. *vol. 1. disp. 25. thes. 4. not. f.* vbi typographi errore allegatam puto l. 18. §. 10. Ostendit is locus, mulierem post intercessionem posse sic soluere, ne repetat. Sed regerent aduersarii, se non loqui de præsentè solutione, quam sciens non potest reuocare SCti auxilio, sed de obligatione ad longinquum & incertum periculum. Prouocant II) ad *renunciacionem tacitam*, quæ fit

β) *Renunciatio tacita per omissionem exceptionis.* eoque sine allegant l. f. §. pen. ff. *eod. l. 14. ff. d. public. in rem act.* iam autem ex BARBOSA *locuplet. axiom. l. 5. c. 36. n. 10.* vrget, taciti non esse maiorem vim, quam expressi. HAHN. *ad Wesenb. dict. tit. n. 9.* ANT. PEREZ. *ad C. eod. tit. n. 21.* STRYK. *vs. mod. ff. 16. §. 19.* Sed facile eludent aduersarii hoc argumentum, quia, si exceptio omittatur a sciente in solutione, eam non ob præsumptam renunciacionem sed *donacionem* valere dicent: si omittatur ante litem contestatam, adhuc in qua-

uis parte iudicii vrgeri posse regerent, etiam post sententiam, *arg. l. 11. ff. d. SCto maced.* Add. illustr. BERGER. *oec. iur. lib. 3. tit. 3. th. 8. not. 7. pag. 615.* III.) HVBERSVS *prælect. ad ff. dict. loc. num. 14.* monet, huc facere l. 2. C. *eod.* ex qua monitum habemus, renunciacionem esse angustæ interpretationis, nec ad alios contractus, quam de quibus specialiter actum est, extendendam. Sed vereor, ne oggeratur, hypothecæ remissionem, de qua ibi agitur, plane ad intercessiones non pertinere, add. l. 11. C. *h.* adeoque a *renunciacione pignoris* ad renunciacionem SCti, quod ad dimissionem obrentæ securitatis plane non spectat, consequentiam non valere. IV) Mater

γ) l. 21. C. *eod.* & auia in scenam produci solent, vt, earum exemplo ex *plum matris l. f. & auth. matri & auie C. quand. mul. tutel. off. fung. l. & auia tu-* centia renunciandi corroboretur. vid. BEYER *ad ff. d. 1. rricis,* *pos. 16. not. c.* Sed excipitur, ita expressim a IVSTINIANO con-

constitutum esse in ea specie, in aliis non item. Quare non vtar argumento turbido: licet non male replicet SCHILTER. ad ff. ex. 28. §. 8. non propterea renunciacionem in causa tutelæ locum habere, quia IVSTINIANVS ita constituit, sed potius imperatorem ita constituisse, quoniam *ratio iuris & natura beneficii* huius id non respuit sed admittit.

Neque adeo, si quis repugnet, magnopere vrgebo V) *l. 22. C. cod.*
 tacitam renunciacionem, ob quam iteratam post biennium intercessionem in *l. 22. C. ad SC. Velleianum* sustineri dicunt. vid. TREVTLER. *dict. loc. th. 5. not. a.* cum sciam, rationem *legis 22.* non in *tacita renunciacione* sed præsumptione iuris & de iure negotii ad ipsam mulierem pertinentis ab aliis quæri BACHOV. *ad dict. loc. VINN. select. quest. l. 2. c. 48.*

§. XIX.

Circa modum renunciandi fluctus mouentur in *Modus re-*
 simpulo; (ppp) nihil enim amplius (qqq) ad eam requi- *nunciandi.*
 ritur, quam sufficiens explicatio (rrr) iuris abdicandi, *præuia cer-*
 quæ a quocunque (sss) fiat, perinde est. Cæterum *tioratione.*
 eadem etiam in *iurata* (ttt) *renunciacione* adhiberi, & le-
 gitime probari (uuu) debet.

(ppp) Præter rationem hic agitantur controuersæ, *Renuncia-*
 quarum inanitas facile patet, si quis cum TITIO *ur-*
 priu. *l. 5. c. 18. §. 18.* hoc vnum perpendat, nihil quoad *nion* *buic*
 dum renunciandi specialiter cautum esse, hinc ex genera- *nullus mo-*
 libus æquitatis principiis illum merito iudicari. *lus peculi-*
aris præ-

(qqq) Frustra sunt igitur, qui plura desiderant, *scriptus.*
 quibus paucis respondendum est. 1.) Iurisiurandi neces- *Vnde valet*
 sitatem statuunt, qui simplici renunciacioni locum esse ne- *1) sine iure-*
 gant. vid. VINN. *loc. all.* Ea vero rectius negatur ex iis, *iurando,*
 quæ hætenus disputauius, atque ita pronunciaffe FA-
 H 3 CVL-

Quod ta-
men consul-
tius addi-
tur.

2) extraiu-
dicialiter.

CVLTATEM IVRIDICAM LIPS. docet me D. LVDER
MENCKEN *theor. & prax. pandect. dict. tit. §. 8.* Suaden-
dum tamen est aduocatis, vt clientibus consulant iuris iu-
randi adiectionem yrgerere. Ita enim multo magis valebit
renunciatio, vid. *præiudic. ap. WISSENB. ad ff. disp. 30. th.*
17. etiam ex eorum sententia, qui simplicem nullius mo-
menti putant. Sic etiam fauebunt, qui sibi ipsis contra-
riantur, quod de CARPZOVIO *supr. obseruauit*, qui iuramen-
to opus esse contendit *dec. 256. n. 20-22.* Forsitan & sunt,
qui in theoria mecum consentiunt, in praxi tamen iusiur-
randum requiri statuunt. In quam classem nescio an re-
ferre debeam illustrem BERGERVM, qui *oecon. iur. l. 3. t. 3.*
th. 9. not. 8. num. 6. pag. 617. ait, *extra casum præstii iurisiu-*
randi renunciationem cum SC. Velleiani. tum Auth. si qua mu-
lier neque in Saxonico, neque in communi foro valere, post
quam *num. 5. pag. 66.* dixerat *ad renunciationem non requi-*
ri iusiurandum arg. l. vlt. §. 4. ad SCt. Vell. Præstat ergo & hic
iureiurando uti, tanquam sine omnium litium.

II. Sunt, qui renunciationem *iudicialem* exigant, in-
que eam sententiam allegent *l. f. §. pen. ff. ad SCt. Vell.* de
qua modo egi *§. præc. BACHOV. ad Treutt. dict. loc. lit. 2.*
ZOESIVS ad ff. eod. tit. n. 15. 18. Equidem negant quam-
plurimi, locum illum de *renunciatione iudiciali*, agere, ac
potius de *extraiudiciali* sermonem esse putant, quod mu-
lier cauerit, antequam in iudicium iuerit, se exceptione
non vsuram. *BICC. d. SCt. Vellei. p. 3. th. II. MULLER. ad*
Struw. ex. 21. th. II. not. n. ZANGER de except. part. 3. c. II. n.
161. seq. WISSENBACH. dict. ex. 30. th. 16. BERL. loc. sæpius
all. n. 22. Sed dubium non est, hos ignorantia processus
veteris labi, ac mulieri, de qua sermo est, *coram præ-*
tore iniunctam fuisse renunciationem in iure, ante-
quam ipsa & actor *ad iudicem pedaneum* cum for-
mula ablegarentur *in iudicium.* vid. *WESENB. d. n. 9.*
VINN. loc. all. AVERANIVS dict. cap. 5. n. 14. Verum quid
inde?

inde? Cauti illa *in iure*, quia ibidem disceptatio fuerat orta, nec prætor alteri actionem restitutoriam aduersus priorem debitorem denegare poterat, antequam sciret, illam exceptioni SCti renunciaſſe. Nihil hoc ad alias, priuatim renunciare volentes; ſufficit igitur nullibi requiri, vt *coram prætore* præciſe fiat, vel eiusmodi cautio aditionem iudicis præcedens; MENCCKEN. *contr. ſel. iur. ciu. diſp. 6. th. 16. reſp. 2.* vel alia quæcunque renunciatio SCti velleiani. Manet igitur libera, *arg. l. 8. ff. d. public. in rem act.* valide etiam priuatim ſuſcipitur. HAHN. *ad Weſenb. diſt. l. 1.* illuſtr. BERGER. *æcon. iur. diſt. p. 616.* vbi & FACULTATEM IURIDICAM & SCABINATVM VI-TEMP. ita pronunciaſſe refert.

III. Inſtrumentum publicum ſiue trium teſtium ſub-³⁾ *in inſtru-* ſcriptione munitum aliqui deſiderant. SAND. *l. 3. t. 11. d. 2. mento pri-* HVBER. *ad ff. t. d. SC. vell. n. 15.* TREVTLER *diſt. th. 5. lit. a. u. 110.* moti *l. 23. §. 1. C. eod. tit.* verum (1) lex illa agit de interceſſione, non de renunciatione, quæ ob præſentem iuris remiſſionem non æque facile a muliere ſuſcipitur, ac interceſſio. *l. 4. §. 1. ff. eod.* MENCCKEN. *diſt. diſp. 6. th. 17. 2)* Lex illa IVSTINIANI pertinet ad illas tantum renunciationes, aduerſus quas antea competeſcit exceptio SCti velleiani, adeoque plane non ſpeſtat ad fideiuſſionem renunciatione munitam. Ill. STRYK. *cautel. contract. ſect. 2. cap. 6. §. 12.* 3) Quæ renunciat SCto velleiano, etiam conſequenter beneficio huius legis renunciat, vt quæ eius pars eſt, probe monente illuſtr. DN. ACCOCCI. *iur. contr. l. 16. t. 1. 9. 14.* de quo minus dubitabunt, quibus *ex cap. 1. §. 6. lit. x. §. 8. lit. dd.* hic repetere placebit, quam exiguam mutationem ius vetus per nouam illam conſtitutionem paſſum fuerit.

(rrr) Iuri ignoto non renunciatur; *arg. l. 6. §. 8. ff. Neceſſaria quæ in fraud. cred.* præſumitur vero mulier ius ſuum ignorare *l. 1. §. f. ff. d. edend. l. 9. pr. d. iur. & fact. ignor. l. 2. rioratio.*

§. f.

S. f. ff. d. iur. fisc. non valet igitur renunciatio absque prævia certioratione *arg. l. 19. ff. d. inoff. test. DN. WILD VOGEL Resp. 208. n. 6. BERLICH. d. loc. n. 34. Carpz. part. 2. conf. 16. def. 19. MARTINI ad process. tit. 43. §. I. n. 222.*

*a quocun-
que demum
fit.*

*idque nemo
negat.*

*nec Herin-
gus.*

*aut Berli-
chius*

*Certioratio
etiam re-
quiritur in
renunciati-
one iurata.*

(*sss*) Fundamentum certiorationis est, præsumpta feminae ignorantia. Quæ nouit ius suum, & tamen fideiubet, non gaudet *SCIO l. 39. ff. dict. tit.* ergo sufficit mulieri de suo beneficio constare. Perinde est igitur, quisquis demum illam de tenore priuilegii certiozem reddiderit. Idque mihi tam euidentem videtur vt valde verean, neminem adeo stupitem fuisse vt de eo vnquam serio dubitauerit, licet sciam serio ea de re apud aliquos disputari. Testatur HERINGIVS *d. fidei. cap. 7. n. 474.* nimium esse apud doctores silentium, a quo mulier certiorari debeat. Itaque illam quæstionem late tractat, tanquam vilem, quia si mulier non sit certorata, dubitetur, an culpa sit creditoris, qui sibi non vigilauit, an agendum cum Notario? Hunc sequutus BERLICH *d. l. n. 47.* qui pariter docuit, pertinere hoc ad officium notarii, addiditque *num. 48.* vtilitatem huius decisionis in eo consistere, quod, vbi is suo munere non fuit rite functus, ad indemnitate conueniri possit a creditore, qui alias ipse suam sibi culpam imputare teneretur. Vnde absque causa pugnat ill. STRYKIVS *vs. mod. ff. 1. ad SCr. vell. §. 21.* quando aduersus istos contendit, perinde esse, quoad mulierem obligandam, a quocunque demum certiorata fuerit. Quod per se quidem verissimum est, ac recte quoque obseruatum a MEV. *part. 7. dec. 231.* sed nec illi hoc vsquam negarunt, nec facile quisquam sani syncipitis id vocauerit in dubium.

(*tit*) Dicunt quidem, iuramentum esse vice certiorationis; GAIL. *l. 2. obs. 77. n. 10. HERING. cap. 7. n. 507.* verum cum nemo credatur renunciare iuri, quod non intelligit *l. 8. ff. d. his qui nor. inf. l. 3. §. 3. ff. ad SCr. Silan.*

WIL-

WILDVOGEL. *resp.* 235. n. 4. & iuramentum etiam vici-
ent, quæ iudicium iurantis impediunt, arg. c. 26. x. d. iurei.
patet doctrinam illam oppido falsam esse, IO. SAM. STRYK
d. eo quod iustum est circa iuram. extraiudic. cap. 2. §. 10. nec
tam verba iurantis spectari debent, quam mens, quæ nulla
esse potest in renunciatione iuris ignoti. *cons.* BERLICH. d. concl.
n. 39. STRYK. *vs. mod. d. tit.* §. 23. PALGENSTECH. *manip.* 3. p.

127. 132. Tu dices, frustra nunc a me vellicari, quod *Differentia*
ipse dudum concesserit, cum iuratum intercessionem, et *intercessio-*
iam nulla præuia certioratione, religiose seruari debere *nis & re-*
contendi *supr.* §. 14. not. 1. Sed disparatio est, quæ se pro *nunciatio-*
alio soluturam iurato promittit, satis intelligit, quid spon- *nis sine cer-*
deat, idque adeo præstare tenetur, licet ignoret, quod iu- *tioratione.*
ris subtilitate alias eludere liceat, quæ pollicita fuit. Va-
let ergo iurata promissio non verbis sine sensu compre-
hensa, sed probe a spondente intellecta. Contra quæ iuri,
quod ignorat, se abdicat, ore promittit, non animo, pe-
regrinorum verborum significationem haud assequente.
Nullum ergo est iusiurandum propter defectum consen-
sus euidentem. Neque enim verborum apices aucupor,
sed vim ac potestatem a muliere non capi præstruo, quod
ex *cap. seq.* fiet manifestius. Res liquida erit, si eam
exemplo fæminæ minoris alium contractum celebrantis
illustrauero. Si iurato contraxerit, utique tenebitur abs-
que vlla certioratione. *Authen. Sacramenta puerum C. si*
aduersus vendit. At pone eam simpliciter contraxisse, id-
que partim nulliter absque curatore, partim in suum præ-
iudicium adhibito consensu curatoris. Fac eam post ea
iurare, *sie begeben sich derer ex privilegio minorensitas ihr zu*
stehenden exceptionum nullitatis & restitutionis in integrum,
nec certiozem reddi, quid hæc sibi velint. Neminem pu-
to, adeo formulas sine mente prolatas captaturum, ut
eiusmodi renunciationi vllam vim tributurus sit. Iam
quis neget, pariter renunciationem fæminæ iura sua igno-
ran;

rantis, sie begeben sich des privilegii SCti velleiani und der Authentica si qua mulier. C. ad SCt. vell. non magis ab ipsa intelgi, quam voces Arabicas. Vides ergo rem saluam esse, & vtrumque absque formidine contradictionis asseri posse. Ex iisdem rationibus non possum consentire BERLICHIO n. 45. certiorationis necessitatem neganti, cum mulier non renunciat exceptioni SCti, sed pacto promittit, se ea non vsurum. Tale enim pactum nil aliud est, quam renunciatio, ac de ignotis non magis paciscimur, quam iis renunciamus.

Certioratio non praesumitur.

Cautela circa eius probationem.

(uuu) Certioratio facti est, adeoque non praesumitur, sed probari debet ab eo, qui se in illa fundat. MULERSVS ad STRUC. ex. 21. th. 10. not. v. BERLICH n. 50. 54. MENCKEN. theor. & prax. ff. 1. d. SCt. vell. §. 8. vbi ita pronunciatum docet. Vnde cautela est, curare, vt instrumento publico doceri possit. Creditur enim notario attestanti, feminam de iure suo sufficienter edoctam fuisse, modo ipse vim eius intelligat. Alias cautela est pro rea, ipsam testem producere. Quod si enim rogatus nesciat muliebria privilegia, eius instrumento haud creditur. BERL. d. loco. Contra si mulier de omnia certioratione excipiat, & iuris sui gnara fuisse videatur, caute aget creditor, si ipsi iuramentum deferat, annon per se sciverit, iura sibi aduersus intercessionem subuenire? Quod si praestare nequeat, merito condemnabitur, siue ex capite doli, si simul fateri cogatur, se ea mente fideiussisse, vt post ea ad hoc beneficium confugeret, quo ipsam compellendam suadet illustr. STRUC. vs. mod. dict. §. 23. siue ex capite simplicis scientiae, qua necessitatem certiorationis, vtpote non nisi ob ignorantiam hoc casu cessantem requisitae, penitus tollit. Ceterum de hoc argumento pluribus agam cap. seq.

§. XX.

Atque ista quidem de iure communi dixisse sufficiat. Iure Saxonico Electorali (vvv) intercessio foeminae pro extraneis (xxx) nullam novam solemnitatem requirit, ut valeat, si quidem *irata* fuerit. (yyy) In iurata vero non aliter sustinetur, quam si ultra renunciationem SCri sufficienter explicati, 1.) mulier maiorennis, 2.) curatore instructa, 3.) *judicialiter* semet obligauerit. (zzz)

Lus Saxonicum circa intercessionem mulierum pro extraneis.

(vvv) De quo vid. *part. 2. constit. cl. 18. ibique CARPZOV. Loca huc PHILIPPI ad decis. elect. 25. illustr. BERGER. dict. pag. 616. pertinentia. MENCKEN. theor. & prax. ff. dict. loc. §. 8. D. IOHAN. CHRISTOPH. SCHREITER. (eum enim auctorem esse docet diarium vernaculum vermischte Biblioth. 2tes Stück pag. 40. seqq.) Introd. in ius elector. atque commun. Saxon. lib. 3. tit. 4. §. 6. 8.*

(xxx) De vxore pro marito fideiubente agetur *cap. seq.*

(yyy) Nam *dicta constit. elect.* tantum de intercessionibus iniuratis; at *decisio cl. 25.* non nisi de vxoribus pro marito suam fidem interponentibus disponit. Add. PHILIPP. *ad eand. obs. 4. vbi praevud.*

(zzz) Quo casu etiam bona dotalia foeminae intercedentis obligantur. *CARPZ. dict. loc. def. 17. siue maritum habeat, siue soluta sit, uti visum FACULTATI IVRID. LIPS. 2. apud MENCKEN. dict. §. 8. Non sufficit vero praesentia iudicis in loco priuato, sed in iudicio renunciandum est. CARPZ. defn. 19. nisi foeminae conditio aut aliud impedimentum personas iudiciales ad aedes eius ablegandas suaudeat. SCHREITER. dict. loc. §. 6. Ori. o forte inde petenda, quod omnis renunciatio iure Saxonico in iudicio suscipienda credatur, vid. Land-N. lib. 1. art. 13. ZOBEL. par. 2. differ. 29.*

§. XXI.

*Dispositio
iuris Silesi-
aci.*

Silesia peculiare de *feminarum intercessionibus* ordinationes habet, ex quibus duas commemorabo. Altera ad *totum Ducatum* (aaaa) pertinet, altera maximam partem ex priore deprompta *Metropolim Vratislaviam* tangit. (bbbb) Vtraque fœminas, pro *extraneo* intercedentes, eo demum casu obstrictas pronunciat, quando 1.) in iudicio, 2.) cum curatore, 3.) abdicato, prævia certioratione, S^Cti Velleiani auxilio, alterius debita suscipiunt. (cccc) Ejusque sanctionis beneficium ne quidem renunciatione facta amitti (dddd) statuunt.

*Ordinatio
Politica.*

(aaaa) RVDOLPHI gloriosiss. mem. Neu-Confirmirte *Schlesische Policcy-Ordn.* d. a. 1777. 19. Jun. *Titul. von der Weiber Obligation, Bürgschafft und Gerechtigkeit*, quam vid. in den *Käyser- und Königl. das Erb- Herzogthum Schlesien concernirenden privilegii, Statut. und Sanction. pragmat. pag. 88.* unde constitutionem de mulierum intercessionibus in suas observationes practicas elegantissimas transtulit Dn. SEIDELIVS MOX laudandus l. 2. c. 10. §. 18. p. 163. & §. 22. p. 167. ego operæ pretium puto in gratiam eorum qui libris ad ius Silesiacum pertinentibus haud instructi sunt, Sanctionem integram meæ dissertationi inferere. Eius igitur principium dabo *infra c. 3. §. 10. not. 11.* hic adscribam verba postrema huc pertinentia: *Trüge sich aber zu, daß eine Wittive nach ihres Mannes Todt, als sie aus seinen Gewehren kommen, durch ihren gekohrnen Vormunden mit Erinnerung und Verzeihung der gedachten Beneficien, von der Obrigkeit oder Gerichten, ihre zuvorn, vor den Mann gethanen Obligation oder Bürgschafft verneuen, oder sonst desselben Schulden zu zahlen über sich nehmen, oder auch sich vor andere Leut verpflichten würde, so soll sie*

ſie daſſelbe völliſſigen ohne Behelff, ſo weit ihr Gut reichet, zu zahlen ſchuldig ſeyn.

(*bbb*) Verba ipſa ſtatuti Vratiſlau. Artic. XV. hæc ſunt: Trüge ſichs aber zu, daß das Weib vor ihren Ehemann, mit deme ſie gemeine Handhierung triebe, wie unlängſt angemeldt, bürgerete, oder daß das auffgebürgerete Geld, in des Weibes eigenen und fundbahren Nutzen gewand worden, oder daß das Weib nach ihres Mannes Tode, durch ihren gekohrnen Vormünden, mit Erinnerung und Verzicht des SCr. Vellei. vor uns an gewöhnlicher Rathſ- oder Gerichts- Stelle, oder Unſern Deputirten, ihr zuvor vorn Mann gethanen Obligation, durch ihren gekohrnen Vormünden verneuert, oder ſonſten deſſelben Schuld zu zahlen, über ſich genommen, oder auch ſich für andere, doch da ſie ein Ehe-Weib, mit ihres Mannes Vorwiſſen obligiret hätte, ſo ſol ſie daſſelbe völliſſig, ſo weit ihr Gut reicht, zu halten ſchuldig ſeyn.

Vratiſlavi-
enſe ſtatutum.

(*cccc*) Requiritur renunciatio facta (I) in iudicio quod denotatur verbis: vor der Obrigkeit oder Gerichten. Statutum Vratiſlavienſe ait. vor Uns an gewöhnlicher Rathſ- oder Gerichts- Stelle, oder Unſern Deputirten. *Extraiudicialis* inanis eſt, quemadmodum anno 1596. 1602. 1600. 1611. & 1621. pronuntiatum annoque 1612. a SCABINIS VRATISLAVIENSIBVS reſponſum fuiſſe docet THOMAS SCHROEER *Inſtitut. tutor. & curator. part. 2. queſt. 20. §. 102. num. 3. 4. & 6. pag. 417.* Vnde ſequitur, fideiubentem comparere oportere in propria perſona, maxime cum certior iam reddi debeat ſui privilegii. Quamobrem *d. 20. Decemb. 1677.* reiectum fuit mandatum Mariæ Thereſiæ H. Godofredo K. coram Prætorio Suidnicenſi datum, quo ille huic commiſerat, vt ſuo nomine apud Comitiffam de Z. pro mutuo 2000. thalorum intercederet.

Requiſita
ſileſiaca.

I) *Iudicium*

(II.) Confenſus *curatoris* verb. durch ihren erkohrnen Vormünden. Quodſi vxor pro extraneo intercedat, ſtatutum

II.) *Curator*

Vra-

Vratislauenſe etiam mariti conſentum deſiderat verbis: doch, da ſie ein Eheweib, mit ihres Mannes vorwiſſen, vnde SCABINI apud SCHRÖERVM *diſt. loc. n. 2* creditori d. 14. Iul. 1545. probationem conſenſus maritalis iniunxerunt.

*III. Renun-
ciatio SCti
prævia cer-
tioratione.
Eaque ſin-
gula in qua-
nis interceſ-
ſione deſide-
rantur.*

(III.) Certioratio & renunciatio SCti Vellei. Quare ob deficientem certiorationem d. 13. Iun. 1586, inualida declarata mulieris interceſſio iudicialis ap. EVND. *ib. num. 5.* idemque alio reſponſo d. 26. Sept. 1633. dato confirmatum fuiſſe didici. Atque iſtæ ſolemnitates non modo ad interceſſiones viduarum pro *deſunctis maritis*, ſed ad omnes omnino, quæ a mulieribus ſuſcipiuntur, pertinent, ne eneruetur SCti auctoritas. vid. Conſult. DN. SAM. SEIDELII Reipubl. Vratiſl. Secretarii de iure patrio meritiffimi *Obſeruat. practic. d. iurib. atque proceſſib. forenſ. in Sileſia l. 2. c. 10. §. 22.* Alias nihil omnino valet, vti pronunſiatum 6. Sept. 1621. ap. SCHRÖERVM d. l. n. 15.

*An liceat e-
iuſmodi iur-
ribus re-
nunciare?*

(*ddd*) Eiuſmodi priuilegiis ex ſtatuto formam contractibus dante conceſſis, ne quidem iurato renunciari poſſe contendit WIBEL. *de contract. mulier. cap. 5. n. 19. ſeqq.* TESSAVR. *decif. Pedemont. 223. n. 13.* Non tamen adeo liquidum eſt, cur inuiolabilius beneficium quod ſtatuto, quam quod generali lege datur, eſſe debeat; omnia enim, quæ tota in hac noſtra diſſertatione imprimis de *renunciatione, priuata iuramenti religione firmata*, adduximus, & huc, niſi fallor, applicari poſſunt; immo nec metuendum, ſaluo cuiusque iudicio, mihi videtur, ne hoc modo corrumpat ex integro ſtatuti diſpoſitio, ſiquidem ex illius verbis *prohibitio ſimpliciter talis* elici non commode poteſt, ſed eius intentio forte potius eo collineat, ne mulieres extraiudicialiter incaute obligationem alienam in ſe ſuſcipiant, poſtea que ſub prætextu, ſe id non deliberato animo feciſſe, hanc præſtare recuſent. Quis vero præſumeret, foeminam ſub tremenda iuramenti religione pro aliquo intercedentem non prius fatiſ deliberaſſe, omneſque rationes ſubeundæ inter-
ces.

cessionis ad seriam animi cum periurium tum damnum rei familiaris reformidantis trutinam reuocasse? Ut taceam non parum incertitudinis communi opinioni inde accrescere, quod Viennæ, referente DN. SEIDELIO *in obseru. pract. cit. loco §. 19. in secunda instantia d. 11. Oct. 1706.* pronunciatum fuerit, iuramenti delationem in intercessione extraiudiciali super scientia beneficii locum habere. Quippe inde argumentari quis posset, quod, si *extraiudicialis intercessio* simplex huius sit valoris, multo magis extraiudicialis iurata firmam perfectamque gignere debeat obligationem.

Nihilominus tamen fluctuante mente dubius hæreo quid hac in re incerta statuere debeam, cum hætenus dictis interpretationem vsualem contrariam sentiam, ceu docet sententia Magnifici Senatus in *allegat. obseru. Pract. III. c. X. §. XVIII. p. 164. d. 12. Jun. 1690.* in causa Caspar. Lehmgribners contra Annam Rosinam Behrin, & d. 21. Mart. præteritis Anni in causa Herr Johann Chr. Ningenhayns contra Fr. Rosinam Seylerin lata, quæ tamen vltima actio in secunda instantia dubio litis euentu pender.

CAPVT III.

DE

EFFICACI VXORVM INTER-
TERCESSIONE PRO SVIS MARITIS.

§. I.

HAtenus egimus de validis intercessionibus *mulierum pro extraneis*, qui hoc loco intelliguntur *omnes illi, qui intercedentium mariti non sunt.* Superest, vt videamus de efficacibus intercessionibus *uxorum pro viris suis.* Quod pensum facili labore absoluemus, cum tantum non omnia, quæ præcedente

te

te capite diximus, etiam ad fideiussiones pro maritis quadrent, & pene nulla iure communi statuta sit diuerfitas inter vtrumque casum, licet immane quantum differre vulgari errore existimetur.

§. II.

Cum Aurb.

si qua mulier vix quidquam immo-ueitur.

Quidquid subest discriminis, inductum est capite 3. nouelle CXXXIV. quod totidem pene (a) verbis translatum est in authenticam: *Si qua mulier. Cod. ad SCrum Vel- leianum*, Nouissimi huius iuris sententiam supra (b) iam euolui. Hac rite perspecta patet, re ipsa (c) nihil (d) mutatum fuisse, nisi quod nec reiteratio (e) intercessionis nocere debeat foeminae pro suo viro semet obstringenti. Quo obseruato, facile est plures doctorum, vxoribus plus iusto fauentium, errores detegere & confutare.

(a) Nimirum praeter paucas voculas, quae tamen ipsae eundem per omnia sensum seruant.

(b) cap. I. §. 3.

Nullitas inducitur ab exceptione re ipsa non differt.

(c) Ipse enim *dist. loc.* factus sum, intercessionem, aduersus quas in debitis extraneorum tantum exceptio datur, si pro maritis fierent, nouella IUSTINIANI constitutione, ipso iure nullas fuisse declaratas. vid. verba *Authentice pag. 20.* allegata. Quod ingens discrimen esse sibi vulgo imaginantur, qui veteris ordinis iudiciarii rationes non callent. Ego vero dudum ostendi cap. I. §. 5. not. x. & §. 8. not. dd. rem totam non nisi diuerso procedendi modo differre. Itaque admitto mutationem ratione *processus*; ratione *rei ipsius*, seu *iuris* partibus competentis nullam agnosco: imo nostra aetate ne illam quidem vlla ratione superesse puto, sublato distincto officio praetoris & iudicis pedanei. Sed fac restare aliquam, iam tamen suo tempore PAVLVS l. 112. ff. d.

ff. d. reg. iur. dixit: Nihil interest, ipso iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur. Quanto magis nos dedecet inutiles eiusmodi apices processus formularii pro veris iurium differentiis obtrudere incautis.

(d) Satis ostendit integer contextus, imperatorem pro more suis constitutionibus derogare voluisse. Iura coetera ante se condita intacta reliquit, quod me *infr. §. 6. not. t.* liquido ostensurum confido. Nostrum igitur non est extendere novam constitutionem, quod de *Authent. ca. no-*stra probe monuit *MEY. part. 7. dec. 229. not. 4.* ad quam optime quadrant singula, quæ pro restrictiva interpretatione *SCti* adduxi *cap. 2. §. 18. not. mm.* Has igitur rationes æquissime sequimur in Germania imprimis, ubi minus necesse est a simplicitate iuris naturalis recedere, quæ nullo discrimine sexus promissa servare iubet. Nam maxime hospitem esse oportet, in historia Romana, qui ignoret, quam deformes fuerint mores Romanarum mulierum, quarum leuitati *AVGVSTVS* primum ac deinde alii subueniendum statuerunt, & quam impotens sexus foemineus tempore *vxorii IVSTINIANI*, vid. *supr. cap. 1. not. n. bb.* Quare qui vxores nostrates legibus eiusmodi, quibus veteri Roma integris moribus commodissime caruit, æque opus habere contendere velit, eum ego vxore vere Germana indignum censeo. Accedebat mira inter Romanos diuortiorum licentia, mater multorum malorum, ob quam pariter necesse erat coniugibus prospici, ne a maritis probe deplumata domo expellerentur. Contra nostri mariti & per se maiori fide vxores prosequuntur, & ex præcepto diuinarum legum fidam coniugem ad extremum vitæ exitum retinere coguntur. Neque adeo tantopere verendum est, ne importunis ad intercedendum sollicitationibus ad incitas redigant vxores, quarum coniunctionem cum non nisi morte solutum iri sciant, cauebunt potius, vt si ipsi omnino facultatibus non possint non la-

Legibus ante-Justinianis non derogat authentica, & interpretatio restringenda est. imprimis in Germania.

INTERCESSIONE

iones pro
ini statuta
mane quarum

adum est
(a) verbis
r. Cod. ad
entiam supra
et, re ipsa
ec reiteratio
pro suo viro
ile est plures
n, errores desep

intercessiones
im exceptio
IANI continet
verba Authen
on esse
rii rationes
s. not. n. bb.
ndi modo
processus
nullam
ne superest
cis pedant
re PATRIS

nos dingo
not. n. bb.
not. n. bb.
not. n. bb.
not. n. bb.
not. n. bb.



bi, minimum illis feruetur, quo & ipsi in calamitatibus sustententur.

Non valet iterata post biennium intercessio vxoris. (e) Ita verba: *sive semel, sive multoties huiusmodi a liquid pro eadem re fiat* ab omnibus intelliguntur. Nec aliter eadem explicari debere noua ratione ostendam *infra*. §. 6. not. s. t.

Valet intercessio vxoris eodem cum marito instrumento se obligantis.

§. III.

Primum de modo probandi intercessionem palliatam, quæ, si a creditore negetur, a muliere excipiente omnino demonstranda est (f), altum apud IUSTINIANVM silentium deprehendet, quisquis totam eius constitutionem perleget. Itaque quidquid vulgo dissentiant (g), vxorem cum marito sese eodem instrumento obligantem firmiter obstringi (h) pro sua rata, (i) adeo persuasum habeo, vt suspecta mihi prorsus videatur cautela, qua alii a muliere principale chirographum accipi suadent viri sui fideiussione muniendum (k).

(f) Quia facti est, nec præsumitur.

Opinio communis cor- realem obligationem vxoris in validam pronuncians (g) ANTON. FABER. C. l. 4. t. 21. d. 21. MENOCH. l. 3. præsumt. 22. n. 2. GAIL. l. 2. obs. 89. n. 1. seqq. BRUNNEM. ad l. ff. d. SCto Vell. n. 16. 18. HARTM. PISTOR. obser. 113. BERL. num. 59. & 75. IO. GE. FLECK. Biblioth. iur. civil. lib. 3. tit. 48. n. 2. illustr. STRYK. vs. mod. ff. eod. tit. §. 6. IDEM. Annotat. ad compend. iur. LAVTERB. h. t. verb. manifeste probetur pag. 449. cuius verbis communis sententiæ rationes proponam. *Quamuis, inquit, alias præsumptio sit, quod si plures pecuniam acceperint, seque pro illa obligauerint, singuli eorum ratam suam acceperint, & in suam utilitatem vertent; præsumptio tamen hæc vera tantum est in personis, in quibus non præsumitur, quod altera in gratiam alterius pot-*

us, quam sui ipsius id faciat. Secus in presenti casu, ubi tota pecunia ad maritum, tanquam potentiorē, & cui mulier non facile audet contradicere, peruenisse recte praesumitur. Et huius praesumptionis hoc fundamentum est, quod onera matrimonii incumbant marito, hinc vxor adeo opus non habet pecunia. Idque operose tueri studuit GE. REICHARD. STVRM. tractat. iurid. de vxore correali cum marito uno eodemque documento obligationis.

(b) In communi sententia, quam modo recensui, Rectius v-interpretationis extensionem recte agnoscit MEV. part. 8. de vxor obligari cis. 453. Eam vero solidis rationibus destitui in aprico creditur.

est. Concedunt, vxorem censi dimidiam partem acquisuisse, si instrumento emptionis contineatur, maritum & vxorem simul aliquid emisse. CACHERAN. decis. Pedemont. 143. HARTM. PISTOR. d. obs. 113. n. 7. Suadent, vxorem principaliter obstringendam marito fideiussore idque valere existimant, vid. not. seq. k. Quare igitur in correali obligatione aliter pronunciandum? Si praesumptio est, inter maritum & vxorem omnia bona fide agi, & tenor instrumenti contra scribentem probat, nec aliud actum aliud simulatum creditur, donec probetur contrarium: etiam hoc casu vxor obligabitur, cui nullibi prohibitum esse, se vna cum marito absque animo intercedendi obligare ceu recte docet CARPZ. p. 4. const. cl. 16. def. 4. n. 1. Quodsi contra fidem chirographi ab vxore scripti metus & inductio maritalis ac pecuniæ in maritum derivatio praesumeretur: nemo tutus esset, qui vel vllam rem in maritum ab vxore ex contractu translaturum ab eo emerit, vel ipsi vxori crederet; quod nemo dicit.

(i) Quod enim attinet ad portionem mariti, nullum quoad suam dubium est, vxorem intercedere, quatenus se cum eo correaliter obligat, adeoque id, quod tantum pro parte accipiat, in solidum se restitutam promittit, quemadmodum

id etiam de fideiussione pro extraneo iam monui *cap. 2. §. 5. not. i.* Quare cum etiam a rata correi extranei soluenda mulier liberetur exceptione S^Ci Vell. per textum clarissimum in *l. 17. §. 2. ff. ad S^Ct. Vell.*, evidens est multo magis uxorem vna cum viro contrahentem tantum ad suam ratam soluendam obligari. Idque adeo rectissime docuit *CARPZ. par. 2. const. 16. def. 4.* licet male ad tuendam suam sententiam vsus fuerit argumentis eandem prorsus destruentibus aduersariorum, qui hanc definitionem propterea nihilo melius pro sua opinione allegant, quam sibi contrarius alio loco defendit *lib. 2. resp. 75.*

Vxor obligatur suo chirographo pro quo maritus fideiussit,

(k) Vxorem ex suo chirographo, licet eidem maritus tanquam fideiussor subscripserit, condemnandam esse plerique fatentur. vid. *HERING. d. fideiuss. cap. 7. n. 430. MVLLER. ad Stru. ex. 21. th. II. not. m.* Idque verum est, etiam si is postea testamento declarauerit, se eam pecuniam vniuersam debere, *l. 23. pr. ff. ad S^Ct. Vell.* cum obsonum sit falsam testationem vnius damno alterius cedere. *l. 408. ff. mand. BARBOS. locupl. axiom. lib. 3. c. 45. axiom. 4.* Nec sibi ipsi constat *BERLICH. d. l. num. 65.* quando vxori etiam aduersus principale debitum marito fideiussore contractum exceptionem largitur, quia videatur solummodo color quæsitus, sub cuius prætextu vxor obligetur. Nam ipse statim *seq. n. 66.* requirit, *vt expresse de fraude, dolo & collusione* constet. Vnde vxorem, quæ, se hac ratione obligauerat condemnatam fuisse, si vero intercessionem palliatam subesse excipiat, in reconventionem ablegandam esse docet illustr. *BERGER. Oecon. iur. civil. l. 3. t. 3. th. 8. not. 4. p. 614.* qui cum addit consilium, vt ob difficultatem probationis iusiurandum deferat marito, forte creditorem actorem in animo habuisse videtur, quod & innuit subiectum præiudicium, quo eidem iuramentum purgatorium iniunxit *SENATVS APPELLATIONVM DRESDENSIS dict. loc. pag. 615.* Nihilo tamen fecius parum clienti consulere videntur,

quod tamen simulate

tur, qui eidem cautelam suppeditant, vt loco obligationis correalis in instrumento vxorem principaliter, maritum vero vt fideiufforem, cum renunciatione beneficii excullionis semet obligandum curet. add. GAIL. lib. 2. obs. 90. num. 8. Quod si enim bona fide ipsi vxori credat, ignarus eandem intercedere, non iam hæc cautela est aduersus exceptionem intercessionis inualidæ, sed prudentia cuius creditori commendanda, ne credat absque chirographo. Sin partem tantum crediti ad vxorem peruenire putet, alteram dimidiam ad virum: contra bonam fidem ager, si in totam sortem principalem fœminæ obligationem, accessoriam mariti poscat, & totum chirographum suspectum reddet, si iurare iussus fateri cogatur intercessionem palliatam.

§. IV.

Deinde *Novella*, & quæ illam refert *Auth.*, non nisi de vxore proprio viro subueniente loquitur. Eius igitur dispositio perperam trahitur ad casum, quo coniux pro mariti patre, fratre, filio, vel amico interuenit. Licet hoc quoque aliquibus placeat ex erroneis rationibus, quasi intercessio pro marito donationem sapiat; (1) quæ vero pro viri cognatis proximis fidem suam interponit, hoc ipsius contemplatione (m) fecisse videatur (n).

(1) Ita argumentatur BERLICH. dict. concl. num. 67. 68. Intercessio secutus BARTOL. in nostram *Authent. n. 2.* cum quibus consentit TRENTACINQV. d. fidei. resol. 3. n. 7. add. BRVNN. ad *Auth. si qua mul. num. 6.* Quod si verum esset, omnino prohibitio intercessionis pro marito etiam ad omnes, in quorum is potestate est, vel quos ipse in potestate habet, aut qui eidem cum ipso potestati subiiciuntur, extendenda esset. arg. l. 3. §. 2. ff. l. 4. C. d. Donat. int. vir. & vxor. At generaliter hoc dici nequit. Si fœmina alterius obligationem, animo ipsum gratis liberandi, expromittendo in se suscipiat, fa-

teor & intercessionem subelle, l. 8. § 8. l. 9. ff. ad SCr. Vellei. & donationem. Regulariter vero aliud dici debet, ac valde absolum esset pro *donatione* haberi *fideiussionem*, ex qua nihil erogatur, quod non aut mandati vel negotiorum gestorum aut cessa a creditore actione repeti possit. Et quid multis? Facile suo gladio iugulatur BERLICHVS, qui fatetur, n. 66. quod nec potuit negare, maritum pro vxore valide intercedere. Quod ergo marito licet, donatio non est, quæ respectu vtriusque coniugis æqualiter inualida est. l. 1. l. 3. ff. d. donat. int. vir. & vxor.

Nec fit contemplatione mariti,

inuitu causa finalis

Ratio auzhantica metus ac blanditiæ maritales.

(m) Etiam si fideiussio pro *donatione* habenda esset, non tamen valeret prius argumentum in mariti cognatis, soluto potestatis vinculo, vnam cum ipso personam non amplius constituentibus aut eiusdem amicis. vid. l. 5. §. 2. ff. eod. Itaque addit alterum argumentum, quod donatio hæc facta videatur *contemplatione mariti*, adeoque in fraudem legis. Sed ita confundi videretur contemplatio mariti, quatenus est *causa finalis* siue intentio eidem acquirendi, cum eius contemplatione, quatenus est *causa impulsiva*, siue ratio mouens, ob eius fauorem benefaciendi tertio, eo fine, vt non maritus sed ipse tertius acquirat, quæ æquiocatio plerumque negligitur, sed satis euoluta est a DN. IO. CHRISTOPH. FRANCK. d. dominio rei filiosam. fauore in patrem donate patri vulgo sed perperam tributo cap. I. §. 6. 7. qui vsum eius ostendit d. l. cap. 3. §. 10. & c. 5. §. 2. Priori significato non præsumitur vxor amicis mariti benefacere, posteriore nihil fit in fraudem legis.

(n) Speciosius obiectum fuisset, rationes, quæ IUSTINIANVM magis ad nouellam constitutionem promulgandam permouerunt, ad hunc casum æque quadrare. Duplex allegari solet a Do&toribus, amor & metus. Aiunt maritalibus illecebris facilius vxorem ad intercedendum induci a marito, quam fæminam quamcunque miseratione extranei. Nec ægre minis Viri, qui eam in coniugali directione habet, quamuis reluctantem compelli. Vt igitur alias legislatores maiori per-

periculo maiorem cautelam opponunt, vid. RITTERSH. ad Nou. p. 2. cap. 14. ita hic quoque strictius prospectum fuisset vxori mariti insidiis magis obnoxia. MULLER ad Struu. ex. 21. th. 11. not. a. Atqui æque facile fœmina a viro suo induci videtur, vt pro eius cognatis & amicis intercedat, ac pro ipso. Id vero est, quod nego. Nemo dicit, *authenticam* pertinere *Hic non me- ad fideiussiones pro ipsius mulieris cognatione. Minus er- tuenda* go periculum subest ab affinibus. Nec vir suæ cognationi fauere præsumitur in præiudicium coniugis, de qua ipsa veritas DEVS testatur: *Ideo vir deseret patrem ac matrem, & vxori suo agglutinabitur. Genes. 11.*

§. V.

Porro cum non toti sexui, sed vxoribus tan- *Authentica* tum prospicere voluerit Imperator; dubium non est, *non pertinet* quin de iis tantum perfonis nouella agat, inter quas con- *ad viduas.* sistit matrimonium. Frustra sunt igitur, qui Avthenticam etiam ad viduas (o) producant, quas ne quidem proximo a virorum obitu tempore (p) ad eam iure prouocare (q) existimo: nisi quatenus intercessio viuo marito facta (r) in nouam viduæ promissionem influit.

(o) Facit hoc BRVNNE M. ad l. 1. ff. ad SCt. vell. n. 11. *Rationes* CARPZ. p. 2. const. cl. 16. d. 3. ID. d. iur. fœm. singul. dec. 4. *pos. dubitandi* 4. vbi præiudicium *Fac. iur. Lips. n. 15. STRVV. decis. Sab. pro vidua.* bath. cap. 14. *decis. 27.* Ratio est, quia defuncto licet marito, amor tamen ac reverentia coniugalis non exspirat continuo. Itaque vidua infirmi iudicii ad debitum defuncti suscipiendum eadem facilitate, quam eo viuo authentica repressit, permouetur.

(p) Placet hoc temperamentum B. BEYERO ad ff. dict. *Saltem in* tit. *pos. 18. not. d. pag. 307.* probat enim argumenta CARP. *recenti lu-* ZOVII *ctu.*



ZOVII sed breui tempore mariti desiderium, ac luctus in-
temperiem deferuere animaduertit. Itaque distin-
gui cupit, vtrum vidua statim post obitum mariti recente
ad huc luctu oppressa intercedat: an demum dolore per
temporis intervalla iam delinitio?

*Consentien-
tes.*

(q) Viduam ab authentica privilegio excludunt
SCHOEPFFER ad ff. t. d. SCt. vell. num. 12. il-
lustr. STRYK. vs. mod. ff. ibid. §. 12. IDEM. cautel. contr.
sect. 2. cap. 6. §. 8. vbi præiudic. COTHMANN vol. 5. resp. 48.
MEU. part. 7. dec. 229. seqq. qui tamen contrariam senten-
tiam absque nota dimiserat part. 6. dec. 22. illustr. BERGER
æcon. iur. p. 617. vbi tenatum appellationum Dresdensem,
quem antea pro vidua bis pronunciaffe refert, tandem ne-
gatiuæ accessisse, idemque a FACULTATE IURID. VITEMB.
factum commemorat. Horum ego causam potiore iu-
dico ob cessantes mariti blanditias imperio mixtas,
quibus fundamentis authentica niti creditur §. præc. 4. not.
n. nec moueor reliquiis affectus vxorii, quæ sensim eua-
nescent, nec tempus lege definitum habent, iudicis vero
arbitrio permitti nequeunt, nisi ius incertissimum red-
dendum sit. Fateor iuste præsumi in vidua religiosam
sanctissimi vinculi etiam post nuptias morte solutas me-
moriæ, & probam coniugem mortuo quoque marito
illibatam seruare reuerentiam benigne credo. Sed hæ ra-
tiunculæ mihi non videntur sufficere ad extensionem iu-
ris ex tot rationibus, quot superius allegaui, strictissime
interpretandi. Mors omnia soluit, nec vxor amplius est,
cuius maritus decessit. Et quis dicet viduam magis de-
perire maritum defunctum, quam sponsum amari a pro-
ba sponsa? nec tamen quisquam ad eam produxerit au-
thenticæ beneficium, cui nec SCri auxilium competere
in aprico est.

*cautela pro
Creditore.*

(r) His rationibus motus ill. STRYK. caut. contr.
d. l. cautelam suppeditat creditori, vt post mortem mariti
desi-

desideret, quo de nouo illam obligationem recipiat vidua. Non intercedo, tantum etiam atque etiam moneo, vt bona fide agat, nec ab illa nouam intercessionem postulet, priusquam de privilegiis vxorum probe fuerit edocta. Ridebunt forte rabulæ hoc consilium tanquam præceptum sapientiæ, qualia quia ipsis parum cordi sunt, consultius putabunt obrepere incautæ, quam per suam admonitionem honestatis studio remorari iterationem quavis caliditate, ipsorum iudicio promouendam. Ego vero quauis nolim furdo fabulam narrare, ipsis tamen iterum serio suadeo, ne nimia astutia se ipsos decipiant, quod alias fore quavis sponcione certare auis, saltem si me aduocato vidua etiam post vulneratam illorum obreptione causam vtetur. Dabo enim & illi præsidium, aduersus horum machinationes, & ignorantiam privilegiæ ex authentica constante matrimonio quæsitæ allegare iubebo, plane confidens, replicationem intercessionis post mortem viri repetitæ exceptioni authenticæ oppositam hac duplicatione elidi. Nam *cap. 2.* ostensum est, etiam solum ex causa intercessionis inualidæ beneficio S^Cti repetere licere. Quanto magis recedi ab iterata intercessione vel condici cautio poterit, quoties alterutra *errore iuris* facta vel scripta est a muliere beneficii ex authentica competentis ignara? *arg. l. 8. §. 3. ff. d. SC. vellei.* Quamobrem ex regulis artis ita constituendum arbitror: (I) Retinet vidua privilegium authenticæ ab vxore quæsitum; (II) quodsi *primum* post mortem mariti intercedat, tantum S^Cto velleiano tuta est, (III) sin intercessionem viuo viro iam factam eo defuncto *repetat*, non præiudicabit beneficio authenticæ *ignoto*. (IV.) Si illud intelligat, valebit velleianum, nisi noua intercessio talis sit, qualis alias efficaciter obligat. (V.) Excipitur tamen, fideiussio iterata post biennium, qua intercessionem ab vxore factam nunquam confirmari ostendam *§. seq. not. t. saltem quoties biennii*

Necessitas certioratio- nis authentica.

Cautela pro vidua post mariti mortem intercessionem repetente.

Regula de intercessione vidua.

L. ini-



initium incidit in vitam præ defuncti mariti, quod tempus ob præsumptionem continuatarum persuasivum, *Nov. 61. c. 1. §. 2. ill. STRYK. Disp. d. iur. privilegiat. contr. privilegiat. c. 2. n. 69. seq.* ad minimum deduci oportet.

§. VI.

Intercessio pro marito repetita nunquam valet, cateraque aequae ac pro extraneo.

Ipsæ vxorum pro suis maritis intercessionem in eo distinguuntur ab aliis, quæ pro extraneo fiunt, (s) quod nequidem post biennium repetita (t) valeant. In cæteris esto regula generalis: (u) quæcumque intercessio in fauorem extranei suscepta non enervatur SCto velleiano eadem etiam valide obstringit coniugem viri sui debitum suscipientem. Qua cognita facile est efficaces vxorum pro maritis intercessionem a præconceptis ICtorum opinionibus vindicare, in quo exequendo adeo licebit esse breuiores.

An intercessio pro marito post biennium repetita valeat?

Ratio dubitandi.

Ratio decidendi.

(s) Facile foret etiam hanc differentiam vellicare, si mihi propositum esset, non tam veritatis studium sequi; quam id dare operam, vt rubro meæ dissertationis, quam fieri possit, speciosissime satisfaciam. Cum enim ne verbulo quidem biennii mentionem fecerit imperator, sermo vero sit de iure, interpretatione minime ampliando, non deforet color, si quæ de intercessione multoties repetita dicuntur, ad iterationes intra biennium factas restringerem. Sed alia omnino ostendam ex integro nouellæ tenore.

(t) Tota series *authenticæ & nouell. 134. cap. 8.* firmiter mihi persuadet, IVSTINIANVM, prout erat in suis maxime legibus inconstans, *suarum* de intercessionibus constitutionum pertæsum *iisdem* quoad vxores derogare voluisse, de iure ante Iustiniano vere tunc nequidem per somnum cogitasse. Vetuit igitur in vxore pro marito fideiubente obseruari secundum suum edictum quo fide-

fideiusiones instrumento publico comprehensæ ipso iure valere iubentur, l. 23. C. ad SCi. vellei. vetuit ad easdem applicari primum quo intercessionibus post biennium factæ confirmantur in l. 13. C. eod. idque ipsum volunt verba, siue semel siue multoties huiusmodi aliquid pro eadem re fiat. Nec fuit quisquam, quoad memini, qui eadem aliter fuerit interpretatus. Cætera vero authentica & nouellæ nihil noui continent.

(u) Fluit hæc regula ex modo dictis consequentia Cætera in-
necessaria. Ita que nihil moror dissenſum communem im-
bellibus argumentis nixum, & par adeo ratio est huius pro extra-
authenticæ & legis 23. ad Sc. Vellei. quam ad intercessio-
nes iure ante-Iustiniano efficaces non pertinere osten-
di cap. 1. §. 7. not. cc. Nec obstat 1) quod vxorum inter-
cessionibus nullæ declarentur, 2) quod casus versionis in
rem probatæ exceptus innuat inclusionem ceterorum sub
regula eosdem irritos declarante. arg. l. 4. §. ff. d. per leg.,
de qua argumentatione videri potest, NIC. EVERHARD. a
MIDDELBURG Loc. argument. legal. loco ab except. ad re-
gul. Nam ad vtrumque dubium iam respondi supr. p. 20.
add. pag. 13. & not. præc. c. Accedit 1.) quod
etiam d. l. 23. nullitatem induxerit, nec tamen ad inter-
cessionibus olim licitas extendi debeat, 2.) quod, quemad-
modum permittitur casus antea licitus, si creditum in v-
xoribus utilitatem versum fuerit, ita e contrario nullus de-
claretur alius casus antea validus, intercessionibus post bien-
nium. Si ergo expressio vnius casus probat ius diuersum
in reliquis, etiam inualiditas reiterationis probabit vali-
ditatem reliquarum exceptionum.

§. VII.

Patet (v) igitur valere intercessionem vxoris etiam *Varia spe-*
pro marito, quoties ipsa 1.) callide (x) egit, aut 2.) il-
lustris ac regalium exercitio instructa (y) est, aut 3.) *cessio-*
nullum damnus sentit, velut acceptis in eius rem ver-
efficacium

promarito. *sis* (z) quod inter coniuges, inter quos bonorum communio viget, quodammodo (*aa*) contingit, pretiose (*bb*) pro intercessione accepto: aut 4) ignorante creditore (*cc*) intercedit: aut 5) apparenter tantum, veluti indemnitate (*dd*) promissa: aut 6.) pro credito privilegiato veluti si ex pietate (*ee*) vel pro dote (*ff*) fideiubeat. De mercatricibus & cambiantibus (*gg*) eadem repetenda sunt, quæ de intercessione pro extraneo dixi.

Remissio ad cap. 2.

(v) Sequor ordinem *cap. 2. §. 3. seqq.* servatum. Neque adeo longis probationibus opus habebō, quas me *ibidem* anticipasse existimo, si doctrina *Si præc. h. c.* singulis iungatur. Spero itaque, neminem mihi vicio verurum, si nunc meris assertionibus ac remissionibus brevissimis defungar, nisi vbi speciale dubium specialem responsionem flagitabit, aut aliæ peculiare obseruationes plus lucis requirent

Validitas intercessio- nis dolosa.

(x) Vxori decipienti authenticam non succurrere iam monui *cap. I. §. 8. pag. 21.* Nec puto, quenquam fore, qui eam fraudes tueri dixerit, maxime, cum irrita etiam intercessione, tamen actio non excluderetur, quæ in dolum vxoris competit. *arg. l. 23. ff. ad SC. Vell.*

Quid in rem vxoris ver- thentica sum?

(y) add. *STRYK. cautel. contr. sect. 2. cap. 5. §. 5.*
(z) Casus huius validitatem speciatim confirmat *authenticam*. Veria vero in rem vxoris hic creduntur etiam ea, quæ luxui impensa fuerunt, *LAUTERB. exerc. 28. concl. for. 18.* modo maritus vxore petente ita nummos dilapidet. Neque enim vxori æquum est, imputari prodigalitatē viri pretiosas vestes obrudentis *BRUNN. ad l. 16. ff. h. n. s. add. PET. FRIDER. d. mandat. l. 2. c. 61. n. 13.* Sed cautus sit creditor ac de *manifesta*, quam authenticam desiderat, probatione folicitus. Neque enim sufficit confessio vxoris forte ipso instrumento comprehensa *GAIL. l. 2. obs. 29. CARPZ.*

quomodo versio probetur plene?

resp.

resp. l. 2. tit. 6. resp. 75. n. n. nisi facta fuerit in iudicio, GAIL. d. ob. n. 5. BERLICH. p. 2. concl. 19. n. 76., cum hæc confessio omnes superet. KLOCK, tom. 3. conf. 108. n. 33. aut coram tribus testibus secundum BERL. d. l. n. 77. Sed quid si probatio ^{quando to-} tantum minus plena fuerit? Videtur ea negligenda; quia ^{eus sit.} ubi manifesta probatio exigitur iuramentum alicui etiam semiplene probanti deferri non potest ex sententia BERLIBH. d. l. n. 79. Enim vero non video, cur non sufficere debeat, quidquid præter extrajudicalem ac merito suspectam vxoris confessionem alias plene probat, siue solum, siue aliorum accessione corroboratum. Itaque & iurando ab actore delato locum relinquo, & iudici copiam facio litem ex probationibus minus plenis turbidam iuramento alteri parti ^{iuri iurando} iniuncto finiendi. Vnde purgatorium mulieri iniunctum ^{delato} fuisse commemorat ac defendit. CARPZ. dist. v. 75. n. 16-18. ^{purgatorio} Quod faciendum, quoties aut probatio semiplena minor adest, aut peracta probatione semiplena soia rea de veritate iurare potest. Quoties enim vterque pari pollet veritatis ^{aut supple-} notitia, actor, qui semiplene probauit, ad suppletorium ^{torio?} potius admitti debet. vid. DN. MICH. HENR. GRIBNER princip. ^{proc. iudic. l. 1. c. 5. sect. 2. §. 5. n. c.}

(aa) vid. Ill. STRYK V. mod. ff. t. d. SC. Vell. §. 4. ubi do- ^{De commu-} cet in iis locis, ubi ex moribus vel statutis vera bonorum ^{nione bono-} communio inter coniuges obtinet, cessare usum authenticæ. Siue ^{rum senten-} enim vxor intercesserit, siue non, teneri eam ex suis bonis ^{tia ill.} marito inope solvere, licet integræ dotis periculum incurrat. ^{Stryk.} Pactum vero talem communionem inducens non aliter inter ^{mea,} coniuges ad hunc effectum subsistere, quam cum renuntiatione ^{SCi Velleiani} (vel potius authenticæ) ob tacitam, quæ subest, ^{intercessionem.} Mihi sic videtur: videndum, vtrum mores ^{locorum,} locorum, ubi communio bonorum inter coniuges introdu- ^{sta est,} sta est, mariti creditoribus tantum bona, quæ vxor constan- ^{te matrimonio} te matrimonio habuit, an etiam eius personam obligent? ^{Posteriore casu} Posteriore casu STRYKII sententiam amplector. ^{Priore} Priore ^{quæ} quæ

quæ non intercessit, non tenebitur quoad acquisita post mortem mariti, quæ intercessit, tenebitur pro parte dimidia. Hactenus enim non potuit non verti in vilitatem vxoris, omnium bonorum sociæ. Itaque nec opus erit renunciatione, quam adeo, quantum ad partem dimidiam, nec requiro in communione bonorum pacticia, arg. nostræ *auth.*

(bb) Dissent. MENOCH. *lib. 3. presunt. 22. num. 4.* ZANGER. *dl. except. part. 3. c. 11. n. 144.* Consent. BEYER *ad ff. i. d. Sct. Vellei. pos. 11. 12. iunct. 13.*

(cc) CARPZOU. *l. 2. resp. 75. n. 3.*

(dd) Ita iudicatum apud MEV. *part. 6. dec. 22.*

*De inter-
cessione pro
liberanda
fama mari-
ti.*

(ee) Quorsum referunt vxorem debitum mariti pro liberanda eius fama & fide constituentem. HERING *cap. 7. num. 417. seqq.* Illustr. BERGER *Dec. jur. pag. 617. lit. V. ex* ratione, quia recipiendo in se debitum non tam pro eo intercedere, quam nomen eius a creditoribus emere videtur. Ego addo, quia subest versio in rem ipsius vxoris. Fama quavis pecunia potior. Decoetio mariti etiam vxori aliqualem notam inurit, saltem eius dignitatem sine dubio minuit. Quare quæ pro fama viri conseruanda erogantur, omnino etiam in vxoris commodum, pecuniario præstantius, impenduntur.

(ff) Consent. BRUNNEM. *ad l. f. C. ad Sct. Vell. n. 5. iunct. n. 16. 18. ad l. f. ff.* Dissent. illustr. BERGER *dict. loc. ibique* ICTI FRANCOVRTENSES.

*De merca-
trice &
cambiante.*

(gg) Vxor mercatrix non gaudet authentica add. MEV. *p. 8. dec. 453.* Id vero intelligo de vxore, quæ vel separata a viri rationibus negotiationem suo nomine exercet, vel communem cum marito, ea lege, vt in ipsam quoque pars lucri redundet. Secus est in vxore mercatoris administrata ac solas operas ad mercaturam, quæ tota mariti est, præstante, wenn das Ehe-Weib mit im Eaden sitzt und verkauffen hilfft. BRUNNEM. *ad l. 17. §. f. ff. eod. v. 6.* Illustr. BERGER *d. l. p.*

l. p. 6. 6. vbi responsum Facultatis Vitebergensis, licet maritus merces ex bonis dotalibus aliisque ad vxorem pertinentibus comparauerit *arg. l. 7. C. si certum per. Ill. A COCCEL iur. contr. eod. tit. qu. 15.* vbi præi. Quod si ergo ipsa de lucro nihil participet, ac virum tantum subleuet in mercatura, famuli tantum rationem habet, *Sie wird einem Diener gleich geacht*, PAUL. IAC. MAR PERGERS *Fragen von der Kauffmanns schaft part. 1. pag. 96.* nisi aliud receptum; quemadmodum etiam, quæ mariti negotiationem tantum administrat, mercatricis iure fruitur Gedani per ORDIN. CAMB. *Gedanens. art. 38.* & in regno Prussico per *Ius Camb. Pruss. art. 35.*

§. VIII.

Quod si vxor pro marito intercedens iurata fide contraxerit ius iurandum omnino adimplere compellenda est. Idemque obtinet, si suis beneficiis iureiurando, licet formula minus solenni concepto, (hh) renunciauerit: modo in casu renunciationis de iisdem sufficienter (ii) edocta (kk) fuerit. Immo iuri congruit, vt etiam iniurata (lll) renunciatio sufficiat. Quæ omnia testium (mm) præsentiam minime requirunt.

(hh) COLER. *d. proc. execut. n. 250. ill. STRYK Vj. Mod. t. ad Sc. Vellei. §. 10. & 12.* vbi præi. Dissentit ID. *cautel. contr. sect. 2. c. 6 §. 5.*

(ii) Pugnans inter se Doctores, vtrum sufficiat ab vxore renunciari Senatus consulto Velleiano, an necesse sit in specie etiam authenticæ beneficium abdicari? Prius suffice-
re videtur ALEXANDRO *l. 7. conf. 146.* HVBER. *ad ff. dict. Dissensus tit. th. 20.* Ill. STRYKIO *caut. contr. d. l. §. 6.* Eidem *Vj. mod. Doctorum. §. 14. Ill. BERGERO resol. Lauterb. p. 233.* BRYNNEMANNNO *ad l. f. ff. h. n. 56.* Vtrumque requirunt idem BRVNN. *consil. 89. n. 21. SAND. l. 3. dec. n. def. 4. MEV. p. 6. dec. 22. n. 4. COCCEL. iur. contr. d. t. t. quest. 13. alique.* Illi vrgent 1) auctoritatem iurisiurandi, 2) enixum propositum omnibus exceptionibus,

Valet inter-
cessio in-
iurata & re-
nunciatio
munisa.

An sufficiat
renunciatio
velleriani?

bus renunciandi, 3) comprehensionem authenticæ sub SCto, cuius pars & accessio facta sit. Hi ad diuersitatem remedium & strictam renunciationum naturam prouocant. In eo vero omnes videntur consentire, non tam de nomine remedium quæri, quam de re ipsa, & contentis beneficii, vxori expositis & ab ea per renunciationem dimissis. Nam terminos latinos artis vxorem haud capere præsumptio est. Putarem igitur ita dicendum. Aut id ipsum cui præuia certioratione renunciat vxor verbis vernaculis integrum sensum exprimentibus instrumento expressum; aut eidem solummodo insertum est, illam renunciare SCto Velleiano. Primo casu tantum renunciatum, quantum expressum, siue in ipsa certioratione authentica nominata fuerit, siue non: posteriore casu præsumendum, mulieri tantum SCti beneficium fuisse explicatum, & ab illa abdicatum, non etiam priuilegia amplius per authenticam concessa. At quæ sunt illa? Nullum plane, nisi quod ne quidem iteratio post biennium obliget. Nam quod SCtum obligationem ipso iure conferuet, & ope exceptionis eneruet, contra authenticam, ipso iure eandem tollat, id quidem mulieri explicare esset cum ratione insanire velle. Cum igitur non tam verba renunciationum spectemus, quam mentem, sequitur, eam quæ SCto valide renunciavit, etiam authenticæ beneficium amittere, nisi unico casu vix dabili, si post biennium fideiussionem pro marito repetiisset, ac postquam deinde Velleiano SCto renunciavit, exciperet, se ignorasse beneficium authenticæ etiam iterationem quamcumque nullam declarantis.

certioratio

nis necessitas.

Probatio.

(kk) DIDAC. COVARRVVIAS ad c. *quantiis* p. 2. §. 3. n. 8. Dissent. FRANZK. ad ff. *dict. tit.* n. 28. ZOES. *ibid.* n. 20. BRVNS. ad l. f. ff. *eod.* n. 17. Tutius adhiberi certiorationem tradunt ENGELBRECHT *compend. iurisprud. dict. tit. §. 6. in fin. ill.* STRYK. *caut. contr. d. l. §. 4.* Sit ergo sollicitus creditor de probatione certiorationis, adeoque eam inferi

curet,

curet instrumento notarii, vel ipsum iusiurandum verbis vernaculis tam late concipiat, vt simul declarationem iurium vxoris comprehendat. vid. Formula elegans apud STRYK. *d. caut. contr. d. l. §. 4.* Caueat vero formulas in- *Probatio.*
 eptas, qualem hic pro more dedit KOLSHORN. *ad Schöpff. syn. ff. p. 400.* ipsorum beneficiorum tenorem ne syllaba quidem explicatum commemorans, sed Notarium scribere iubens: und weil auch des Debitoris seiner Ehegenosin deutlich erkläret und verständiget worden, daß eine Ehe-Frau sich nicht kräftig de iure verbinden könne, (quod extra intercessionem falsissimum) sie habe denn ihren weiblichen Gerechtigkeiten eydlich renuncirt &c. Quasi vero certioranda esset de necessitate iurata renuntiationis & non potius de sensu sui privilegii.

(U) HAHN. *ad Wesenb. dict. tit. n. 9.* CORNEL. VAN ECK. *Validitas ad ff. d. t. puf. 14.* dissentiunt plerique vid. COTHMANN. *renunciati- vol. 5. resp. 48. n. 3.* RAVCHBAR. *p. 1. qu. 34. n. 12.* BRVNN. *onis iniura- ad. l. f. ff. dict. tit. n. 16.* SCHILTER. *ad. ff. ex. 28. n. II. MEV. ca. part. 7. dec. 229. n. 1.* & quos hi magno numero plures allegant. Rationes potissimæ sunt 1) quod authentica intercessiones vxorem nullas declaret; 2) quod sit lex prohibitiua. Verum cum nullitas ab enervatione tantum quoad veterem modum procedendi apud Romanos differat, vid. *cap. 1. §. 6. n. 10. & §. 8. nor. dd.* quoad ipsum iuris vinculum autem vtraque pari passu ambulet, prout ostendi *§. prac. 2.* quæ sola superest, diuersa processus pridem aboliti ratio non poterit obitare quominus authenticæ æque renunciare liceat, ac SCTO. Add. *supr. c. 1. §. 8. nor. dd.* vbi ad vtrumque argumentum iam respondi ac probavi, nouellam esse quidem legem prohibitiuam secundum quid, intuitu nimirum creditoris, non vero simpliciter talem, respectu etiam debitoris, vt hæc non possit beneficium dimittere, si velit.

M

(mm)

(*mm*) BRVNN. *ad. l. f. ff. d. t. n. 14.* diffent. HYBER. *ad. ff. ib. th. 18. 19.* vbi contraria præiudicia.

§. IX.

Iure Saxonico Electorali ad validam vxoris pro marito intercessionem eadem requiruntur, quæ in fideiussione pro extraneo (*mm*). Tum vero ipsa tantum quoad bona sua paraphernalia ac receptitia (*oo*) obstringitur, quibus nec aduersus constitutum inruratum (*pp*) priuilegium concessum est. Vt quoad dotem, dotalitium (*qq*) ac donationem propter nuptias etiam obligetur; præterea opus est iureiurando, eoque corporali. (*rr*) Sed forma hac neglecta ne quidem heredes (*ss*) vxoris obstrictos crediderim.

(*mm*) vid. *cap. §. pen.*

(*oo*) Ita sancitum *part. 2. const. el. 16.* Add. auctores *cap. 2. allegati*, ac præiudic. ap. MENCKEN. *theor. & prax. ff. t. ad SC. vellei. §. 8.*

de pseudo-
priuilegio
constituti.

(*pp*) Constitutio electoralis generaliter loquitur de vxorum *intercessionibus*, iisque, si cætera se recte habeant, absque iureiurando bona earum præter dotalia affici præcipit. In hunc censum recte refertur constitutum. Interim ad illud indistincte iuratum renunciationem requirunt CARPZ. *ad. d. const. d. 2.* SCHREITER *introduc. in ius Saxon. l. 3. t. 4. §. 7.* quasi ex vsu forensi. Ego vero religioni mihi ducor, Carpzouianis præiudiciis legi contrariis vim iuris consuetudinarii adscribere.

intercessio
etiam ma-
rito non il-
lata afficit.

(*qq*) Adeoque omnia omnino bona. Equidem HYBER. *ad. ff. t. ad SC. vellei. th. 20.* refert ex BECKMANNO, Lipsienses respondisse, vxorem renunciantem tantum quoad ea bona obligatam, quæ ad maritum detulerit, non etiam ad reliqua. Verum id ipse ex ratione iuris municipalis deriuandum arbitratur. Ego vero potius conicio

con-

confundi intercessionem renunciatione authenticæ corroboratam cum *renunciatione* mera hypothecæ & iuris prælationis. De postrema Lipsienses respondisse probabile est. Eam enim non nisi illata vxoris afficere constat, atque ita ab iis pronunciatum fuisse etiam CARPZ. refert. *p. 2. c. 16. d. 20.*

(rr) Iusiurandum hoc casu exigit dict. const. 16. *p. 2. Necesse* est quod corporaliter præstare debeat hac formula: *So wahr iuramenti mir Gott helfe und sein heil. Wort, definit decis. 25. neque quoad adeo sufficit promissio bey dem Wort der ewigen Wahrheit, talia, quemadmodum iudicatum apud ill. BERGERVM æcon. iur. pag. 516. Curatoris vero consensu non opus esse, vbi iuratur arg. Auth. sacramenta puerum c. Si adu. vendit. pronunciatum meminit IDEM ibid. Immo non obstante hac sanctione in conscientia ad vitandum periurium vxor intercedens obligatur etiam ex iureiurando implicito secundum CARPZ. dec. 199. num. 20 & BRVNEM. consil. 89. n. 35. aut extraiudiciali ex sententia illustr. STRYK. vs. mod. d. l. §. II.*

(ss) Quod si vxor moriatur non reuocata intercessione *Renunciatio* cui accessit renunciatio ex omissione iurisiurandi vel al- *vittosa nec* rarius solennitatis vitiosa, eius heredes quasi purgato vi- *beredes* tio obstrictos tradunt CARPZ. *p. 2. c. 16. d. 9. id. de iurib. fæ. vxoris ob-* *min. singul. decad. 4. posit. 8. PHILIPPI ad dec. 25. obs. 3. n. 10-12 stringit.* vbi præiudic. illustr. STRYK. *vs. mod. §. 15. rationes sunt 1)* quod mors sit loco iuramenti, 2) quod intercessio mulieris ratione mariti sapiat naturam donationis, quam constat, licet inter coniuges prohibita sit, morte tamen confirmari *l. 32. §. 2. ff. l. u. l. 3. l. 10. C. d. donat. im. vir. & vxor.* Verum prima ratio iusiurandum *promissorium* renunciationis cum quibusdam assertoriis perperam miscet, ac ius speciale male vertit in regulam generalem, vnde & ab ill. STRYKIO reiiicitur: alteram, et si vera esset, tamen nihil concludere manifestum facit *l. 7. §. 1. ff. l. 20. C. ad SC.*

vell. quæ ostendunt, exceptionem mulieri competentem sine dubio ad eius heredes transire. Suboluit vis argumenti, ni fallor, liquidissimi, ipsi STRYKIO d. l. Itaque ille conatus est sequenti modo obicem amouere? *Respondeo*, inquit, *in d. text. agi de muliere, quæ intercessit, sed beneficio suo non renunciauit, hoc casu utique ad hæredes transit exceptio. Verum si renunciatum sit, sed iuramentum omissum, morte tamen hæc renunciatio confirmata, tunc heres hunc defectum non magis, quam illum opponere potest, quod vxor marito donare non potuerit. Vtrobique enim ad est legis prohibitio, quæ per mortem purgatur.* Sed hoc omne quidem in quæstione est, vtrum renunciatio inuvalida morte confirmetur, vtrum heres eius defectum non magis opponere possit, quam prohibitionem donationis, & an in eiusmodi renunciatione subsit legis prohibitio talis, quæ morte purgetur. Si hæc dicere sufficit, eadem facilitate singula dicentur de *nuda* intercessione, nulla renunciatione inuvalida munita, quam ipse concedit non obligare heredes. Nihil igitur agit, donec ostendat diuersam rationem *renunciationis & intercessionis*. Sed fac illam ostendi? Ficulneum tamen erit argumentum. Nunquam enim probabit, eam sapere naturam donationis, quod supra satis a me confutatum fuisse existimo. §. 4. not. l.

§. X.

Jus Silesiacum & Vratislauen- sium.

Constitutio Prouincialis Silesiaca (tt) statutis Vratislauen- sibus (uu) totidem pene verbis inserta ad intercessionem vxorum pro (w) *viris suis* nullum iusiurandum, sed easdem per omnia solemnitates requirit, quas in *fideiussonibus pro extraneis* desiderari docui (xx) Attamen coniuges pro suis maritis, non nisi ad dimidiam (yy) vsque bonorum (zz) partem obstringi patitur, quod *Vratislauen- sitate* ita accipi moris est, vt vxor interce-

tercedens, non nisi ex iis soluere cogatur, quæ ultra vestimenta (aaa) ac dimidiam reliquorum bonorum (bbb) salua (ccc) habet. Idque priuilegium etiam ad liberos (ddd) transit. Vidua vero (eee) ac mercatrix Vratislauenſis (fff) in solidum tenentur.

(tt) In ORDINAT. POLIT. tit. von der Weiber Obligation verba sequentia habentur. Es hat sich auch *Lex prouincialis Silesiaca.* bißhero vielfältig begeben, daß die Weiber wenn sie sich an Kräftigen Stellen, für ihre Ehe-Männer und andere Schuld halben in Burgschafft eingelassen, daß sie daselbe hernachmahls wieder kommen und also daraus ganz beschwerliche, wiederwärtige Rechtstheidigung und Händel erwachsen; Wenn denn aber hierinnen aus vielen beweglichen Ursachen, nicht unbillig gebührliche Maß zuhalten ist, damit beyde diejenigen, so auf dermaßen Bürgschafften getrauet, nicht gefährdet, so wohl auch der Weider Begnadung in acht genommen, und doch darunter, sonderlich die eheliche Liebe und Treue, Geldes und Gutes halben, nicht hindan gesetzt werden möchte, also soll hiemit statuirt und verordnet seyn, daß wenn sich hinführo ein Ehe-Weib für der Obrigkeit oder an gewöhnlichen Gerichts-Stellen, durch ihre hierzu insonderheit gekohrnen und erbetenen Vormünder, verschreiben und verobligiren, und sich ihrer Weiblichen Freyheit, des Senatus Consulti Velleiani & nouarum Constitutionum, (welches sie zuvorn durch die Herrschafften, Aempter- und Gerichte nothdürfftig berichtet und erinnert werden soll), äußern und verzeihen würde, daß sie daselbe, obgleichen dermaßen verzicht nicht eyndlich auch ohne andere Solennitates geschehen, biß an die helffte ihres Guts zuhalten schuldig seyn, und ihrer Weiblichen Freyheit weiter nicht, denn allein in der andern Helffte ihres Guts genießen soll.

(uu) art. v. pag. 28. So hat sich auch vielfältig begeben, Statutum daß Vratislau,

M 3

daß die Ehe-Weiber, wenn sie an kräftigen Stellen, für ihre EheMänner Schuldhalber obligiret, daß sie daselbe nachmahls wieder kommen, und also daraus ganz beschwerliche wiederwärtige Rechtstheidigung und Handel erwachsen. Wenn denn aber hierinnen aus vielen beweglichen Ursachen, nicht unbillig gebührliche Maß zuhalten ist, damit beyde diejenigen, so auf solche obligationes und Raths-Verschreibungen getrauet, nicht gefehret, so wol auch der Weiber Begnadung in acht genommen, und doch darunter die eheliche Liebe und Treue, Geldes und Gutes halben, nicht hindan gesetzt werden möchte, als haben wir uns dahin verglichen.

Wenn sich hinführo ein Ehe-Weib, für und neben ihrem Ehemann, vor uns an gewöhnlichen Raths oder Gerichts-Stelle, oder denen so wir auf ersuchen dazu deputiren, durch ihren hierzu erkohrenen Vormünden verschreibet oder obligiret, und sich ihrer Weiblichen Freyheit des Senatus Consulti Velleiani, welches sie zuvor nothdürfftig berichtet, und erinnert werden soll, geäußert und verziehen hat, so soll sie daselbe, ob gleich dergleichen verzieht nicht Eydlich geschehen, bis an die helffte ihres Gutes zuhalten schuldig seyn, und ihrer Weiblichen Freyheit weiters nicht, denn allein in der andern Helffte ihres Gutes genießen.

*Correalis
obligatio
pro inter-
cessione ha-
betur.*

(w) Quid si se cum maritis obligent? Eum casum exprimi putant verbis *Statuti Vratislaviensis* für und neben ihrem Ehemann, itaque hoc etiam pro intercessione habent in dubio, nec admittunt nisi versone in rem vxoris aliunde quam ex eius confessione probata. Ita Magnificus Senatus pronunciauit a. 1674. Producebatur instrumentum obligationum huius tenoris: Ich Hans Jac. Vitschke, und ich Maria Seeligerin beyde als selbstn schuldige bekennen hiemit: daß wir G. E. J. vor aber kauffte Wahren schuldig worden sind zusammen 400. Thl. so wir auch in unsern großen Nutzen verwenden, geloben demnach und versprechen, Ihme In Gläubigern

bigern solche 400. Thlr. binnen Jahr und Tag danckbahrlich
zubezahlen, bey Verpfändung alles unsers Vermögens, liegend
und fahrend ic. treulich sonder Gesehrde, geschehen Breslau
den 12. Octobr. 1671.

(L. S.) H. J. P.

(L. S.) M. S.

(xx) Nempe vt intercessio fiat 1) *coram actis*, 2) *cum Solemnitate*, 3) *cum renunciatione* priuilegiorum, præuia cer-tes necessa-
tiatione, vid. *cap. 2. §. vlt.* Renunciatio vero *generalis* r. a.
admittitur; quemadmodum audiui, d. 11. Ian. 1603. pro-
nunciatum in causa Vrfulæ viduæ Gerstmanniæ, quæ be-
nificiis muliebribus non in specie sed tantum generaliter
renunciauerat.

(yy) Ita sæpius pronunciatum docet THOM. *Vxor obli-*
SCHROEER. *inst. tutor. & curat. part. 2. qu. 20. §. 102. num. gatur tan-*
12. 13. 14. pag. 419 420. Atque id temperamentum etiam tum ad di-
TESSAVR. approbat *dec. 223. n. 13.* Ita enim nec ad in-
midiam bo-
citas redigitur, nec maritum deferere cogitur vxor. Aliud *norum.*
tamen in *dicatu Olsnensi* viget, vbi vxor pro marito fide-
Extra duca-
iubens in solidum tenetur *Fürstl. Olsfn. Landes-Ordn. tum Olsnen-*
part. 2. art. 8. Verba huc quadrantia videantur excerpta *sem.*
in *ohferuat. practicis* sæpius allegatis *L. II. c. 10. §. 20. p. 167.*

(zz) Bonorum, inquam, non debiti, vt SCABINI *d. 8. Dimidia est*
Febr. 1599. pronunciarunt, & *d. 11. Ian. 1603.* responderunt *bonorum,*
ad consultationem dictæ viduæ Gerstmanniæ. Casus hic est: *non debiti.*
vxor in fidem suam recipit 50. maritus nihil omnino re-
stituere potest. Vxor in bonis habet 60. Tenetur ad fol-
uendos 30. tanquam dimidiam suarum facultatum, nec
liberatur præstando 25. tanquam dimidium debiti.

(aaa) Vestimenta & linteamenta Leinen Geräthe non *Inuestimen-*
imputanda docent allegatæ OBSERVAT. *pract. de iur. atque ta vxoris*
process. forens. in Siles. p. 167. ideo, quia generali obligatione *crediteri*
haud continentur, quæ verosimile non est, debitorem nullum ius
specialiter fuisse obligaturum, *l. 1. seq. ff. d. pignor.* Ob est.
stat

stat equidem, quod obligatio dimidiæ bonorum non tam ex voluntate mulieris, solidum promittentis deriuari debeat, quam ex statuto, quod adeo non videtur admittere restrictionem ex affectione debitoris, quemadmodum regula *dict. l. 1.* locum non habet in tacitis hypothecis *a. l. 6. l. 7. l. 18. ff. eod.* Verum salua res est, & recte vtrumque coniungitur. Ex statuto non tam persona vxoris obstringitur, quam eiusdem bona. Hoc præstructo omnino videndum, *quenam* bona videatur obligare voluisse, quæ ante intercessionem certiorata est, tantum de illis, non de sua persona obstringenda agi.

Æstimatio bonorum vxoriorum.

(bbb) Æstimatio vero fit ex tempore illationis vsque ad mortem vel fugam mariti, non habito respectu ad id, quod tempore intercessionis superfuit. Computantur itaque omnia, quæ vxor tempore contracti matrimonii possedit, additis iis, quibus postea eo constante facultates ipsius mediante hereditate, donatione, legato vel alia ratione auctæ fuerunt, vti responsum ad requisitionem A. N. (id est Adami Neumanni) apud SCHRÖER. *dict. loc. num. 9.*

Dimidiã in-segram retinet vxor.

(ccc) Finge hæc omnia conficere 600. inde pro marito ex intercessione solui 200. vxorem denuo pro eo fideiubere. Tenebitur ad 100. hos enim tantum ex dimidia omnium bonorum saluos habet. Alteram dimidiam totam sibi retinet. vid. SCHRÖER *dict. loc.* Consequens est igitur, creditoribus perire, quidquid *ultra* dimidiam illatorum ex concursu vxor obtinere nequit. Primum enim illa sibi vindicat suam dimidiam, quam omnino saluam habere debet, etiamsi creditores parum vel nihil consequantur. Atque ita sæpius pronunciatum, velut apud SCHRÖER *d. l. dict. obseru. pract. §. 21.* & speciatim in Stuba *d. 13. Mart. 1644.* Creditoribus tamen, apud quos vxor intercescit, ex altera dimidia statim post ipsam satisfieri, adeoque illos

Periculum residui ad creditores pertinet.

ceteris concreditoribus præferri conuenit, quatenus ipsa vxor, in cuius locum succedunt, illos præcellisset, vti iudicatum ap. SCHROEER. *ib. n. 10.* Quæ omnia etiam in reliqua Silesia seruari æquum est, cum *ordinationis prouincialis* eadem verba sint, & par intentio esse videatur vxoribus dimidiam facultatum partem omnino conferuandi. *d. obs. pract. §. 21.*

(*add*) arg. l. 20. C. ad. SCt. *vellet.* atque ita responderunt SCABINI *Wratisl. d. 9. Jul. 1699. an Barthel Helmers Rinder.*

(*ccc*) Viduam authenticæ beneficio haud frui quoad *vidua non* intercessionem mortuo demum marito factam *supra* docui. *gaudet iure* Idem confirmant STATVTA SILESIACA & WRATIS-*vxoris.*
LAVIENSIA verbis *cap. 2. §. vlt. allegatis,* quæ illas ad solidum soluendum compellunt. Attamen consensus curatoris & solennitas iudicialis &c. requiritur, siue intercessionem pro viuo factam repetant, siue mortuo demum marito eius debitum constituent, vel aliter pro eo intercedant. Ita enim coniugenda sunt verba aliquantum dubia idque cum propter paritatem rationis, tum quia pro conferuandis muliebribus beneficiis laboratum constat. Atque sic sæpius iudicatum fuisse audiui *d. 3. Mart. 1540. inter Simonem Reichel & Euam Janin, d. 17. Jun. 1620. d. 6. Sept. 1621. ad requisitionem Job. Beers & August. Neumans, d. 6. Dec. 1635. ad requisitionem Vrsulæ Schindelín, itemque d. 23. Mart. 1649.*

(*fff*) Vxorem mercatricem absque vlla solennitate ac certiatione in solidum teneri, cum STATVTVM *Mercatrix* WRATISL. *dict. §. crüge sichs aber zu* ostendit, *tum or-* *legiis mu-*
lin. camb. ann. 1716. §. 2. cuius verba superius §. 12. c. 2. liebribus.
tradidimus: ex quibus simul patet, pro mercatrice etiam *Licet tan-*
eam haberi, quæ administratorio tantum, mariti nomine *tum marit*
ne-

*nomine ne-
gotietur.*

negotiatu verb. vor sich oder ihren Mann. Vide Scabinum Wratislauenfes apud SCHROEER. d. l. n. 8. responderunt: da wie recht dargethan und erwiesen werden möchte, daß des W. Haus-Frau mit und neben ihrem Ehe-Mann die gesammte, (quod in præcedentibus exprimitur ihnen sambt und unverschiedlich vertraute) Handlung und Factorey verwaltet, s. e. u. sp. w. v. N. daß H. H. erwehnte Wismannische Wittib besagter Factorey und Handlung halber zu belangen wohl besuget, dieselbe auch ihres Vorwendens angemaster priorität ungeachtet dafür zuhafften schuldig. Pariter d. 20 Oct. 1650. responsum comperi: daß Eheleute, welche mit einander gemeinen Weinschanck getrieben, zugleich Zahlen schuldig.

§. XI.

*Cautela, ne
in contra-
bendo omit-
tantur su-
perflua a
D.D. requi-
sita.*

Hac ergo ratione de validis mulierum intercessionibus ex arte iuris sentiendum & casibus fideiussionum iam factarum ad decidendum oblati pronuntiandum arbitror. Probe tamen memoria teneo, veram sententiam in praxi errantium multitudine atque auctoritate non raro opprimi. Causarum vero patrono, atque omnibus illis, qui contractus adhuc ineundos dirigunt, incumbit non modo providere, ne in præcepta iurisprudentiæ impingatur, verum etiam cauere, ne ex regulis artis facta fori tyrannidem infestam experiantur. Itaque omnibus suafor ero, vt re adhuc integra nihil omitant eorum, quæ, per se superflua, Doctorum, plura quam lex iubet requirentium, erroribus in necessitatem versa sunt, vel saltem innoxie atque utiliter adhibentur, vt controuersia inanes ac litium protrahendarum occasiones præscindantur.

§. XII.

§. XII.


Tantum sufficiet dissertationi inaugurali, quamvis *Conclusio.*
 plurima adhuc restent a themate minime aliena, verum
 a me sponte omissa, vt qui integrum volumen scribere
 in animum non induxi. Quæ vero tetigi, vt ordine
 pertractarem nec sine solida ratione definirem, operam
 dedi diligenter. Id vero me vbiuis affecutum fuisse
 minime mihi polliceor. Homo sum: argumentum per-
 tractaui sane spinosum, in quo cum magna ingenia re-
 liquerint, quod emendetur, ego vnus non ero, in cuius
 elaboratione nihil desiderari possit: denique temporis
 ratio festinante calamo plura compulit absoluere, quæ
 per longius otium rectius forte expoliuissem. Itaq; non *in-*
tercedo, quo minus a me subinde argumentationes parum
efficaces temere *in fidem meam* receptæ fuisse existimetur.
 Neque tamen ideo de tuo, lector beneuole, fauore de-
 sperabo, cum rationes modo adductæ, si qua in relapsus
 deprehendar, a te mihi veniam facile exorent. Non de-
 spondebo igitur animum, sed plane confidam in tua hu-
 manitate, quæ, nisi me spes omnis de te capta egregie
 fallit, non eneruabit tot legitimarum excusatio-
 num pro meis erroribus

EFFICACEM INTERCESSIONEM.



Faint, mostly illegible Latin text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

EPICACUM INTERSSIONEM



MS 582
AB 153 582

(1/31.)

X2369357

12

1012

13

Q. D. B. V.

DISPUTATIO INAUGURALIS IURIDICA
DE

EFFICACI
MVLIERVM
INTERCESSIONE,

QVAM
INDVLTV INCLYTI ICTORVM ORDINIS
PRAESIDE

DN. IVSTO HENNING. BÖHNERO,
IC. COM. PALAT. CAESAR. POTENT. REGI BO-
RVSS. A CONSIL. AVL. ET PROF. IUR. OR-
DIN. h. t. DECANO,

PRO GRADV DOCTORALI
LEGITIME CAPESSENDO
AD DIEM XIV. DECEMBR. MDCCXVIII.

IN AVDTORIO MAIORI
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS
Publicæ Eruditorum Disquisitioni submittet
AVTOR

IOHANNES BERNHARDVS REMBOWSKI,
IVDICIORVM VRATISLAV. ADVOCAT. IVRATVS.

HALÆ MAGDEBVRGICÆ,
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.

XIII

